



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita B. Francisci Salesii, Episcopi Et Principis Gebennensivm Meritissimi

Maupas du Tour, Henri Chauchon de

Coloniæ Ubiorum, 1663

Pars Qvinta. Ad obitum usque Viri Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42882



VITÆ
B. FRANCISCI
SALESII

PARS QUINTA.

Ad obitum usque Viri Dei

CAPUT I.

Ordinem Visitationis B. MARIAE instituit



r palmam ajunt locis tantum calidioribus
feracem esse, ubi vis præterea sterilitatis
sic languet virtus, nisi illi vim & efflu-
via caritatem amoris ardor tribuat: ut
que balsamum Ægyptiacum Syriacum
que, nunquam manat commodius, quam dum per
æstus Canticæ inciditur; sic nunquam spiravit
odorem illum suum virtus Sanctorum diffundit
quam cum zelo illo, qui illos comedit, incensissimè
vigilantissimo quodam studio occasiones omnes
vini cultus promovendi, juvenatiumque animarum
indagant. Id adeo cernere in Sancto Episcopo
pollicitus; nam in omnes divinæ gloriæ augendæ
vias intentus, ad ea quæ tam fructuosè gererentur
etiam Ecclesiam Dei auxit novâ familiâ Monachorum

hiam, quas Visitationis vocavit. Tali institutore;
 non mirum si tam apprimè didicerunt primæ illæ;
 quas ipse per se in viâ salutis & perfectionis dire-
 xit, holocaustum sui in sanctis illis flammis carita-
 tis facere & offerre: quarum deinde exempla va-
 luerunt, valentque etiamnum ad informandas a-
 lias. Equidem si ex S. Hieronymo, Cœnobita Vir-
 ginum sunt flos & gemma inter ornamenta Ec-
 clesiæ: illud tamen fortè dicere mihi liceat, cum
 in floribus lectiores sint alii aliis; in gemmis aliæ
 aliis illustriores, pretiosioresque; habere aliquid
 Ordinem Visitationis, supra huiusmodi Collegia
 Virginum. Anni sunt quinque & viginti; ex quo
 indignus licet, publica negotia multa attingo, quo-
 rum occasione fieri non potuit; quin permulta de
 Religiosorum Ordinum statu cognoverim: nul-
 lum non eorum observo, nullum non eorum In-
 stitutorem venero ex animo: illud tamen profi-
 teor, videri mihi Ordinem Visitationis id habere
 à Deo, tanquam *sementi benedixit Dominus*, (a) quò
 antestare videtur aliis, quòd sanctissimas quasque
 leges humilitatis caritatisque servat exactiùs; at-
 que hinc est, quòd illæ sâ existimatione & opinio-
 ne quam habere debeo de aliis; dissimulare non
 possim, quin magis me afficiant ea quæ quotidie à
 candidis illis mentibus usurpari video.

Ergò, ubi tempus advénit, quo constitutum
 Domino Deo ex sempiterno decteto erat, Ordi-
 nem Visitationis, tanquam selectum florem, Ec-
 clesiæ areolis addere; idem vehementer impulit
 Franciscam illam Fremiottam (de quâ supra)

(a) Isai. 61.

306 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
illius ejusdem floris tanquam caulem summi pe-
titi, dirumpere vincula, quibus alligata adhuc par-
solo tenebatur. Quare impulsioni gratiæ mouen-
gerens, compositâ re familiari & domesticâ, cum
seculi nuncium remittere statuit, abdicatis hinc
ejusdem, vanisque opinationibus. Ita, cum Ab-
cium pervenisset III Cal. Apr. l. anni à Christo
nato MDCX, cum matronis aliis duabus hinc
dispari claritudine natalium; initium Congrega-
tioni dedit postridie Non. Junii, anni illius eju-
dem, quo die in Ecclesiâ commemoratio perag-
tur S. Claudii, & in quem præterea, eodem anno
incidebat festa celebritas SS. Trinitatis; ut opte-
ri liceat voluisse Dominum jam tum indicare, ve-
le sibi cultum adhiberi à tribus illis feminis sic,
mutuâ dilectione, quæ sanè arctissima inter eas
tercessit, & intimâ cordium in unum idemque
consilium conspiratione, imaginem quandam
vinæ naturæ unius atque ejusdem in angustissimâ
illis Personis tribus adumbrarent,

Ubi illis Sanctus Patriarcha benedixit, ab-
derunt se se continuò eas in ædes, quas illis ipse
uno suburbiorum oppidi parandas curaverat, &
jam tunc ut DEO viverent, deserunt sibi vivere.
hinc consecuta incredibilis quædam animorum
quies, atque tranquillitas, filiorum carissimorum
DEI. In id incubuerunt præcipuè, ut quas consti-
tutiones pius Legislator tulerat, eas quam-exactis-
simè observarent: quæ constitutiones tam sunt
similitudinem Evangelicæ perfectionis, ut ex
quotundam sensu eximiorum cultorum DEI, sunt
tanquam medulla, succus, & breviarium ejusdem
Evang

Evangelium
erunt
vange
temp
nem p
Incarn
fuisse
lunt C
menta
eadem
verò I
tudini
rat fa
ceret.
in sanc
turaq
vulner
tibus
beato
ner Vi
pretio
tò voc
convi
debea
tantu
taxat
in san
Hæc
perfec
Ide
grega
ma q
(b)1.

Evangelii : proinde, quæ mulieres tam fortunatæ erunt, ut eas servent fideliter, eæ merito filiæ Evangelii vocari poterunt, à DEO his postremis temporibus inductæ in Ecclesiam, ut imitationem profiteantur virtutum duarum, quas Verbo Incarnato singularem quendam in modum cordi fuisse constat, Mansuetudinis & Humilitatis, quæ sunt Ordinis ejusdem tanquam basæ & fundamenta : unde illa prærogativa existit, ut Moniales eadem, filia cordis JESU dici possint. Auctor verò Instituti talis, quod totum videlicet mansuetudinis & caritatis legibus utitur, prædicare poterat *factum se omnibus omnia, ut omnes Christo lucrifaceret.* (b) Hinc illa tanquam prædictio, fore ut in sanctâ illâ Congregatione à pluribus haurirentur quæ in gaudio de fontibus Salvatoris, eque vulneribus Christi JESU illapsurum piis mentibus factum quendam rorem, idque assidue in beato illo Calvaria secessu, ubi alligatas eas continet Visitationis Institutum; & earum sitim ibidem pretioso illo rore extinctum iri. Neque immerito vocari Institutum idem potest Imago mystici convivii ex Evangelio, ubi impleri sedes omnes debeant, ubi imbecillæ æquè & valentes admittantur, unde excludatur nulla, quæ *vestem* dumtaxat habeat *nuptialem*, hoc est, insigne caritatis, & in sanctâ vocatione perseverantem fidelitatem. Hæc cuncta pius ipse Institutor hanc in modum persequi solebat.

Idcirco potissimum, agebat, sancta ista Congregatio constituta est, ut habere possint infirmæ quò confugiant. Nam etiam si non plurimis

(b) 1. Cor. 9.

V 2

nequæ

„ neque gravissimis vexationibus afflicentur
 „ pora, non tamen carent virtutibus iis, quibus
 „ Religionis tanquam nata continentur. Or-
 „ cium B. MARIE in Choro recitant: dant
 „ ram meditationi, orationique quæ mente
 „ cipitur: habent statas horas ad laborem, ana-
 „ ad silentium; obedientiam, humilitatem, pe-
 „ pertatem colunt, hancque postremam sic,
 „ nulla proprium quidquam habeat. Sunt ex
 „ diligentissimæ in exercendis iis quæ imper-
 „ tur, mentem animûmque adficiunt ad
 „ rum amorem DEI: est earum vita tranquilla
 „ interior, ingentis ædificationis: id sequitur
 „ potissimum, ut nihil nisi DEI gloriam quærant
 „ in summæ illius Majestatis conspectu stent
 „ liter, abnegent assiduè semetipsas, rei creaturæ
 „ jubet vinculis exolutæ, sic, ut ad humana
 „ libet claudant oculos, eò usque, ut si cujus Regi-
 „ Filia Ordinem Visitationis cogitaret, ambiret
 „ que, eam tamen exclusuræ sint, nisi & vocat
 „ ejus agnosceretur esse legitima, & ipsa iis
 „ instructa dotibus, quæ Monialem omnino
 „ perfectionis numeris absolvendam decem
 „ Nec verò Religiosa vita magnoperè eget do-
 „ tibus iis, quæ maximi in seculo sunt: in Cæ-
 „ biis, anteponenda humilitas earum, quæ elegit
 „ runt abjectæ esse in domo DEI sui, rebus iis
 „ in seculo præcipuam habent commendationem
 „ in vulgus: etenim sapientia hujus mundi in
 „ ca est Christo crucifixo: Proinde, Regimæ
 „ minasque principes & opulentas admittant
 „ ut non rejiciant tenues, spurias, eas quarum

rentes extremo supplicio affecti sint; quando-
 quidem non sunt eæ paternis affines crimini-
 bus; cæcas, claudas, dum sint corde sano, recto,
 humili, morigerato, pleno amoris DEI: qui qui-
 dem amor ipsas utique ad rectè agendum inci-
 tabit, & ad veram sanctitatem adipiscendam:
 quæ tales sunt, sunt in oculis DEI pretiosæ. Hæc
 ille; nos cum S. Basilio (c) dicamus: *Hoc
 vitæ genus qui diligenter colunt, in caelestem ac summam
 virtutem imitari videntur.* Et profectò jure illos S.
 Bernardus miratur, qui in corpore passibili ac
 mortali, tanquam cælestes Intelligentiæ vivant,
 quosque Angelos terrarum vocare licet; quando-
 quidem ita vivunt in terris, ut in cælis sit eorum
 conversatio.

Ceterùm, dum primùm Congregationem il-
 lam Beatus Præsul instituit, mens ejus illa fuerat,
 ut quæ se ad eam adjungerent, illæ post emissam
 professionem exirent ad ministrandum ægrotis:
 idque tenuit totum quinquennium, insigni qua-
 dam modestiâ, humilitate, mansuetudine famula-
 rum Dei, ac vicissim ingenti approbatione civium;
 donec in mentem venit Illustrissimo Archiepisco-
 po Lugdunensi, Dionysio Marquemontio, per op-
 portunum fore, si Congregatio eadem in Religio-
 sum Ordinem & re, & titulo transiret. Id ad e-
 ùm sibi ita videri, Gebennensi Episcopo signifi-
 casset, haud obscure præ se tulit, in initio, sub moleste
 id à se audiri; quòd cum consilio suo pugnaret:
 non quòd cuperet sibi satisfacere, sed eo solo no-
 mine, quòd prius illud vitæ genus, in quo annos
 V 3 jam

(c) Constitut Monasticar. cap. 2.

gio VITÆ B. FRANCISCI SALESII
jam quinque famulæ Dei exegerant, minùs hono-
rificum in oculis hominum esset; respondit tamen
Episcopus Archiepiscopo sic, ut asseveraret se, iu-
dicium suum abdicando, cohibere quoque deli-
deria sua. *Obmutesco, inquit, in unam Dominicam
providentiam intuens: atque adeò certum mihi est, ea
quæ per V. Dominationem mihi significabuntur. Ita cum
ad Paulum V. Summum Pontificem scripsisset
Archiepiscopus, deque totius rei statu certior
ipsum fecisset; ipsi eidem Fundatori facultatem
dedit Pontifex Congregationem eandem in Or-
dinem Religiosum auctoritate Apostolicâ man-
tandi, sub Regulâ S. Augustini, eandemque Re-
gionem ipse deinde eadem Apostolicâ auctori-
te confirmavit, decoravitque omnibus privilegia
prærogativis, immunitatibus, quibus aliæ Mon-
achium Religiones gaudent: Domino Deo eum in
modum honestante humilitatem, demissionem
que humilis famuli, qui nihil quidquam ullâ in re
præter unam ipsius gloriam sequebatur. Remissive
sic deinde narravit cuidam è familiaribus, famu-
liari illâ simplicitate quâ nunquam non uteba-
tur,*

» Planè, inquit, acquievissem in nomine
» plis Congregationis, cui sola caritas cælestis
» que sponsi observantia, & timor pro septis, pro
» que clausurâ esset: sed quoniam aliter vultum
» Domino Deo, imo ex corde sanctissimis illius
» decretis acquiesco: & acquiesco non solum pla-
» cidè & tranquillè, sed etiam cum singularis
» jusdam consolationis sensu. Quid enim in
» omnibus specto, quid sequor, nisi ut glorificetur
Deus,

Deus, sanctissimusque illius amor diffundatur
 plenius in animas, quibus id tantum boni ob-
 tinget, ut se totas ipsi dicent & consecrent? Con-
 gregationem nostram summè diligo; at diligo
 sine anxietate, sine quâ tamen non solet amor
 vivere: meus autem, qui vulgaris non est, vivit,
 mihi crede, sine illâ, cum fiducia autem ingenti
 fore, ut Domini Dei manus plura in gratiam,
 illius exigui Ordinis faciat in posterum, quàm
 venire in mentem hominibus queat. Tum do-
 lorem inter gaudiumque alternans, Hei mihi!
 dum menti meæ objicio Gebennam meam
 Calvinisticam, tanquam Babylonem, ubi San-
 ctuarium sit pro deridiculo, & domus Dei con-
 fusione plena; nihil nisi super ejus exitiabili casu
 lamentari possum: dum verò intueor in pusil-
 lum humilemque Ordinem Visitationis, unde
 tanta seges divinæ gloriæ, inficiari nequeo quin
 sensus aliquis consolationis tangat animum
 meum ex Episcopatu, qui occasionem faculta-
 temque instituendi illius mihi præbuerit.

Atque hinc videas, quemadmodum compara-
 tus animo sanctus Episcopus esset, cujus mœror
 ex injuria Dei, cujus gaudium ex ejusdem gloriâ.
 Et verò si causam mœroris objiciebat Gebennen-
 sum obstinata pervicacia, cælestis cujusdam exul-
 tationis materiam subjiciebat in horas, sanctimo-
 niæ studium ingens, cui operam impigrè dabant
 novæ sponsæ Christi JESU. Ac si de Cœnobiis
 cunctis virginum dici potest, (d) illas Dei
 imaginem esse, respondentem ad sanctimoniam

V 4 Domini,

(d) S. Cyprian. S. Laurent. Justin.

312 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
Domini, illustriorem portionem gregis Chri-
storum conclusum, paradisum deliciarum, lectu-
nuptialem, thalamum immaculatum, Academi-
am virtutum uniuersarum, lectum in quo
Sponsus virginum quiescat, stationem mili-
tium, domum sanctitatis, innocentiae integritatis
que sedem, scholam Religionis, perfectionis
culum; mihi hæc cuncta in Ordinem Visitationis
videntur proprio quodam jure convenire,

CAPUT II.

Caritas Francisci in excipiendis Con- fessionibus.

QUOD de Christo JESU prædicavit
per Isaiam (a) Deus, *Ecceservus meus, et
spiritum meum super eum; judicium Gentibus profertur
illud de ejus famulo, usurpari proportionem quædam
Ac spiritum quidem Dei ipsum habuisse, tum
omnia testantur, tum præstantia quædam singula
ris in Confessionibus aptè excipiendis; quæ
munere juxta animarum dispositiones varias
miè munia Judicis, Patris, Medici, Fratris, Amici
usurpabat, unumquemque unctioe trahens
et sancti nominis JESU, quod pro balsamo
erat ex Francisci ore stillanti, cujus odor sic afflu-
bat corda contentium, ut gaudio collique-
rent, aquis amaris pœnitentiæ in ignem caritatis
consumentem mutatis.*

Diebus Dominicis festisque, ad homologium
accedebat inde usque ab horâ quintâ
inâ; ibidem ad meridiem usque consistebat,

(a) Cap. 42.

vil cuiusque confessionem æquè excipiens, cuius-
 cunque demum conditionis esset. Inerant illi vi-
 scera misericordiae erga quoscunque: & ex singu-
 lari illa bonitate, quæ ipsi propè naturalis erat, sic
 ad abjectissimum quemque afficiebatur, ut comi-
 tare quadam majori, exciperet homines rustica-
 nos, egentes, mendicos. Confessariis Diœceseos
 totius significandum curaverat, Evangelici illius
 patris-familias instar, mitterent ad se abjectissi-
 mos quosque, ulcerosos, laborantes iis generibus
 morborum, unde fœtor existit, aut omnino unde
 laedi valetudo posset: nam, agebat, nihil hæc mihi in-
 commodant, quippe valentiori: propiùs, credo, ad id
 quod res erat, accessisset, si falsus fuisset id se face-
 re ex ingenti illo amore Dei quo æstuabat totus,
 unde singularitèr oblectaretur instaurandâ assidue
 ejusdem Domini Dei in hominum talium menti-
 bus imagine, tollendâque leprâ peccati, quicquid
 esset de elephantiali corporis, quam formidaret
 parùm.

Certè cùm aliquando matutinum tempus to-
 tum posuisset in excipiendis confessionibus; vidit
 adrepentem ægrè ad se, capularem senem quen-
 dam, ulceribus coopertum, unde mephitis hala-
 bar gravissima. Quid faceret pater misericors?
 surgit ex homologeterio, obviamque procedit:
 fulcit, sublevâtque gradum non nisi difficillimè
 molientem; juvat procumbentem in genua: tum
 audita ejus confessione, amplexatur semivivum
 cadaver, ad surgendam erigens, & stipe donatum
 dimittit comiter. Nunquam non ad Episcopum
 patebat accessus iis, qui aut confessionis ergo, aut

34 VITÆ B. FRANCISCI SAESII
 extra confessionem de statu conscientiae suae, de
 que rebus ad id pertinentibus eum adirent, aut
 quoquo modo agere cum eo cuperent; hos, quocun-
 que demum hora ventitarent, insigni caritatis
 significatione excipiebat, nullam habitam sui rationem
 & prandii horam differebat saepe, & prandium
 derelinquebat, ut vetus ille Tobias: (b) electo
 nonnunquam proleiebat, æger licet. fuit, cum
 postquam sacras vestes jam induerat, proximo
 Missam celebraturus, in Altaris suppedaneo haerit
 satis diu, dum distinenti satisfacisset. Quod
 domestici in aliud tempus rejicerent homines
 nuioris conditionis, quorum non tantam ratio-
 nem habendam esse existimarent, ut incommodum
 Viro alioqui occupatissimo; enimvero
 concoquere non poterat Vir Dei: observatum
 est, cum ad eum aliquando femina Princeps
 nisset, precatum Franciscum ab ea fuisse, ne in-
 teriorem partem acciperet, si non statim dimitte-
 ret ancillam, cum qua agebat; hanc enim egerat
 consolatione: ita apud eum non erat personarum
 acceptio. Alias item, cum agnovisset rejectam
 suis esse mulierculam haud pudicam, tubiratus
 Facite, inquit, redeat: panis meus quotidianus est ser-
 vando proximo, cum talia incidunt. Vult enim Dominus
 omnes homines salvos fieri: (c) quisquis nostrum
 animas aut à peccato aut ab errore deducit, adducitque ad
 Deum, is ex homine Deus fiet.

Cum alicubi in mutum incidisset, stipem ostien-
 tim petentem; adeo illius sortem miseratus Episcopus
 scopus est, ut inter domesticos suos eum accente-

(b) Tob. 12. (c) I. Tim. 2.

si iusserit continuo: mox signis & nutibus modum faciendæ confessionis eum docere instituit, itaque profecit, ut intra aliquod temporis intervallum, didicerit mutus exactè confiteri, & quod peccatum, etiam declarare si quid impudicum menti & cogitationi obvertarum esset. Quare, quoties volebat confiteri, adibat ad Episcopum mæsto vultu, ductabat in templum, ad ejusque pedes provolutus cum lacrimis, statim conscientia suæ declarabat: ex quo illud eveniebat sæpenumero, ut dum illi sacram Eucharistiam porrigebat Vir Dei, fletet ipse quoque: ceterum non sinebat à quoquam domesticorum quidquam in illum dici fieri, unde mæror ipsi posset objici. Proinde, in sanctum Antistitem cadere Evangelicum illud (d) queat: *Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Nimirum hæc erat industria caritatis: quæ ex mente S. Augustini, si cujus pectori inest, aptè succedunt cuncta; si abest, pessum eunt.

Ad eum aliquando Lugdunum adiit aliquis, centum & viginti leucas Gallicas eâ unâ de causâ emensus, alieno vestitu, ne agnosceretur; perque schedulam ipsi significavit, nî idoneum spatium temporis ad instituendam confessionem indulgisset, de sua precantis anima rationem redditurum Deo. Rescripsit Episcopus, mox ad futurum se ad Monasterii Visitationis atrium, ubi cratibus interjectis colloqui Moniales cum externis solent: eò cum pœnitens se contulisset prior, statim atque Episcopus adfuit, clave arrepta, seram occlusit, funemque præcudit unde campana apta erat, ne quis mole-

(d) Marc. 7.

316 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
molestus interpellator adveniret: ibi clam arbitrio
quatuor ipsas horas confessione faciendâ distinxit
ministrum Christi; mox conscenso equo reverentem
est ad suos, uni Confessario cognitus. At feminam
quandam quæ eò dementiæ devenerat, ut ex præ-
postero & exitiali pudore occultum quoddam
flagitium tegere perseveraret, sic, ut etiam prædi-
casset insana, nunquam se illud confessuram; sic
verborum comitate flexit, ut propè invitâ illud
extorserit; ex quo consecuta confessio sanè exacta,
at tam molesta initio, ut inter confitendum, deli-
quum passa mulier, ad Confessarii pedes corruerit:
sed sibi reddita postmodum, misericordem
virum compellans, *Ad salutem meam sempiternam ad-
venisti, inquit, absque hoc esset, perieram in perpetuum.*
Aliam tam natalibus nobilem, quam ignobilem
flagitio, cui dùm assueverat, sic miseratus est, con-
itentem audiens, ut aliquid consolationis imper-
tendum ratus, *Bono animo es. (dixerit) est haec
num salutaris confessio, nec earum similis, quæ octiduo quo-
que a plerisque instituuntur, nullum aut per exiguum emen-
dationis propositum præ se ferentibus.* Hæc verò verba
paucula pœnitentem mulierem sic affecerunt, ut
prædicaverit deinde, nisi timor offendendi Deum
inhibuisset, etiam de peccatis non admissis confes-
suram se fuisse. Elicuit item lacrimas uberes cui-
dam Viro primario, at cooperto criminibus: quem
cum identidem inter confessionem generalem
quam texebat, demulceret verbis caritate plenis,
miratus homo tantam erga se tanti Viri benevo-
lentiam significationem, *Quam verò, inquit, opinio-
nem de me animo conceptam habes, qui tam multarum*
tamque

Utrumque gravium criminum reus sum? Cui Vir Dei, postquam absolutionem impetratus erat, *Animam tuam* inquit, *videre mihi videor nive candidiorem*: atque in te intueor, tanquam in filium, quem in Christo jamjam genui, vel potius in quo jamjam ministerio meo formatus est Christus. Hæc verò oratio sic affecit pœnitentem, talèmq; ejus in mente opinionem de Sacramento Pœnitentiæ dignitate ingeneravit, ut dicere deinceps soleret, singulariter sese Sacramento Pœnitentiæ obeundo delectari.

Sed enim ut pusillanimes singularem quendam in modum animabat, sic temerarios concoquere nullo modo poterat. Confitebatur illi quidam, sic, ut quod nonnunquam evenit, peccata sua tanquam historiæ seriem quandam recitaret. Ea indignitas sic famulum Dei affecit, ut nescio quid ejus in vultu deprehendens minimè contritus pœnitens, ex eo quæsierit, num malè haberet? Ego quidem minimè, inquit Confessarius caritate æstuans: tu potius malè habes. Cū ad eam orationē animū minùs adjecisset pœnitens, perrexit primò eundem in modum enarrare crimina alia gravissima; unde in servo Dei novus angor, novæ lacrimæ, nova suspiria. Cū nondum rei causam intelligeret infelix, quæsit denuo, unde hæc suspiria, unde gemitus? Idcirco verò ingemisco, subjicit servus Dei mœrens, quòd tu non ingemiscis. Hic verò quasi flammanti sagitta trajectus pœnitens, ad pedes Confessarii cecidit tantum non exanimis: at benignus Confessarius, qui vulnus inflixerat vitale, dejectum erigens, & morti denique criminibus jubens, tum quidem consolationem adhibuit per-

oppor-

318 VITÆ B. FRANCISCI SALĒSIT
opportunam, deinceps preces fundere ad Domi-
num Deum ejus causâ perrexit, ut quam gratiam
tunc per absolutionem consecutus erat pœnitenti-
æ ab ea ne unquam cetero vitæ decursu excideret
pollicitus quidem sanctè est ille antè audax, vir-
gem meliorem, & præstitit.

Denique eâdem benignitate excipiebat famo-
sus Dei apostatas quoscunque, resipiscentes
enim absolvendi, seu seculares essent, seu Religio-
sum facultatem habebat plenissimam à summo Pon-
tifici. Tales dum accedebant, vel habebat in Ep-
iscopio ipso, vel aliis in ædibus alebat: secedere
dies aliquot jubens, instituendæ confessioni ge-
nerali: eâ peractâ prospiciebat deinde unde re-
suppeditarentur, ad vitam tuendam necessaria,
nisi Religiosi isti ad sua quisque Cœnobia re-
trent, aut certè ad Monasterium aliquod sui Ordi-
nis: quâ quidem in causâ sic ad horum nonnullum
Superiorem scripsit in eam sententiam,

„ Reverende in Christo Pater. Venit ad me Pater
„ ter N. in gravissima mentis ægitudine: nam ad
„ severare possum, illū pro mortuo potius, quam
„ pro vivo haberi potuisse; tanta erat mentis
„ malè conscientie dejectio. Obtulit mihi literas pe-
„ tentes, quibus è vestro Ordine dimissus, et
„ pulsus, ejectusque declarabatur; & suis lacrimis
„ facile à me impetravit, ut sibi hebdomades
„ aliquot in hac Diœcesi liceret exigere: quod quod-
„ dem intra temporis intervallum cum Lugdunensi
„ num petissem, ipsum mihi R. P. N. commenda-
„ davit, ut ne proflus consolatione careret: quod
„ res me impulit ad faciendum libentius, quod

„ jam autè miserî causâ ex caritate facere insti-
 „ tueram: Verùm, illud ipsi temper inculcavi ve-
 „ hementer, atque ad eò præscripsi, ut quæcunque
 „ se dabit occasio, singularem quandam Ordinis
 „ vestri observantiam præ se ferat, cunctosque
 „ qui eum profitentur, profèquatur debita reve-
 „ rentia. Quòd si animum induceret Reverentia
 „ Vestra eum humanè excipere, & aliquid remitti-
 „ tere de pœnæ severitate, quam fortè à talibus
 „ vestræ Constitutiones exigunt; crediderim fo-
 „ re ut intra paucos dies sistat se R. V. ^æ simplex.

Hæc verò tanta humanitas tantum numerum
 pœnitentiam pertrahebat, ut gregatim ad eum
 confluerent, quasi ad eum qui vias nosset omnes
 mutantorum cordium, eque Apostatis Apostolos
 quodammodò efficiendi. Quòd si desertores illi
 militiæ filii Dei vulgò pro ramis habeantur, à trun-
 co resectis, pro membris putribus, sejunctis à
 corpore, pro sale insipido, projecto in sterquilini-
 um, pro corvo, qui ex Arcâ Noè egressus, totus
 in depascendis cadaveribus versetur, vis tanta ta-
 men tamque efficax sancto Episcopo inerat ramos
 eisdem trunco rursus aptandi & quodammodò
 inferendi, membra revulsa jungendi denuo cum
 suo corpore, vim priorem salî ipsi insipido reddend-
 di, corvos illos mutandi in columbas, quæ rami
 oleaginum ore præferant, ut tantam efficacitatem
 in Francisco mitarentur universi, qui perturbatis
 mentibus tranquillitatem tam citò tamque facile
 redderet. Hinc porrò eveniebat, ut per Jubilæa,
 inque pervigiliis festorum celebriorum, noctis
 partè non exiguam in excipiendis confessionibus
 con-

320 VITÆ B. FRANCISCI SALÉSII
consumeret: quo tempore dum ad sonum capite
dū invitaretur, urgereturque à suis, *Sinite me* pe-
bat: *sunt hi dies mihi maxime in pretio, ob confessiones* ge-
rales quas excipio; unde consequitur ea, quæ tanti est, *mutatio, conformatioque in melius*. Sanè difficile est
iis qui ad ipsū accedebant, non sic etiam ad voces
vitæ plenissimas; quibus tunc Vir Apostolicus
utebatur. Age verò: bono animo esto: *expone fidenter, quæ
fers animo meditata: nihil discriminis esse puta cor meum
inter, & tuum: totus tuus sum: etiam si scelera cuncta expo-
petrasses, quæ ab ullo mortalium designari queant, non pro-
pterea te aversem: ut verò anima tua cara mihi est, quæ
quam tunc hæc declarasti! ea res gaudium Angelis
attulit: ego autem propterea tibi gratulor*. Eximias
mulas ipse concipiebat contritionis, tantâ effica-
citate verborum, ut laxa ipsa mollire posse vide-
tur: & paucis licet, peccati odium horroremque
amorem virtutis atque honestatis ingenerabat in
animis. Præterea, agnoscebat statim si quid occu-
leret pœnitens: *Haud sincere confiteris, aiebat, ut
sulto silentio quadam premis, quæ aperienda profusus
non possum adduci ad absolutionem tibi impertiendam, pro-
sè reliqua addideris: cogita serio, quanti res hæc momenti
sit: scelus grave consciscas, si contumax esse perrexeris*.
Denique quocumque adiret, aderant contem-
tim permulti, qui de generalibus confessionibus
excipiendis Virum Dei interpellarent: hinc aliter
quando cum familiaribus colloquens, *Deinceps, in-
quit, excurrere ad amicos non audeo: cum enim agerem
tres tantum, quatuorve horas ponere constitutum mihi
initio, video ad quatuor quinqueve dies subsistendum
eos mihi esse, ad excipiendas eorum confessiones qui veni-
rant: quod si ad unum tantum diem manere licet, negat*

alio me vocantibus; tum vigilandum mihi ad unam & alteram horam post mediam noctem. Ita, quocumque fidelis famulus se conferret, faciebat suomodo quod de Domino pronuntiaverat sanctus Plaltes: (e) *Suscipiebant montes pacem, & colles justitiam.*

(e) *Psal. 71.*

CAPUT III.

Zelus conversionis animarum: ratio dissidorum componendorum, & proximos juvandi in rebus necessariis.

SECTIO I.

Ignis ardēs est omnis minister Dei, ait S. Augustinus, (a) *urens fœnum, id est, carnalia desideria: hunc ignem se afferre in mundum dicebat Christus; & velle ut accendatur.* Multa quidem antè tradidimus de conversionibus peractis à Francisco, apud Antuates, Gexii, Lutetiæ, locis aliis: sed uberior messis erat, quàm ut in unum eundemque locum cogi tam multa possent: proinde hîc colligendæ reliquiæ occupationum tam sanctarum, transferendo in Franciscum propriè, quod in fideles famulos à Domino dictum est: (b) *Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: addit, Quia super multa fuisti fidelis, super plura te constituam.* Planè tam longè larèque patebat zelus ejus, quoties de alicujus conversione ac salute agebatur, ut ubicunque se daret occasio, illam avidè arriperet. Lutetiæ quidem rogatus ægrotantem Dynastam quendam invisere in hæreli valdè obfirmatum, ad eum adiit. Cùm ex eo quæsisset æger, quorsum pedem in æ-

X

des

(a) *Psal. 103* (b) *Matth. 25.*

322 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
des suas intulisset? si se ab opinionibus circa fidem
suis deduxisset, prædicaturum se, nullum tantum
miraculum à S. Petro unquam perpetratum fuisse.
At nihil motus animo Præsul, tam comiter, tan-
tæque benevolentia significatione sese testem in
hominis animû insinuavit, ut rogaverit æger ad
discutendum de capitibus controversis cum Mo-
linao Ministro, descendere ne gravaretur. Cum
se perlubenter facturum professus esset Francis-
cus, certamen detrectavit Molinaus: quam timi-
ditatem tribuens æger, ut debebat, menti male
sibi conscia, diffidentique posse se contra tam va-
lentem adversarium propugnare errorem; enim-
verò aperuit oculos, intellexitque se ad eam diem
in fide hallucinatum fuisse. Proinde miseratus cû
lacrimis condicionem suam, horrénsque ad peri-
culi magnitudinem, illico unâ cum totâ familiâ
numerosâ sanè, ejeratâ hæresi, fidem orthodoxam
professus est. illiusque iudicio in rebus fidei ad
extremum usque spiritum staturum sanctè rece-
pit. Ita, ut ignis terrorem leonibus ingenerare dici-
tur; sic VII Beatus Tartarum Tartarique emissi-
rios summâ animarum utilitate terreat. Contra
tam placidus semper erat erga eos hæreticos, qui
ad se accedebant, ut vix quisquam recederet nisi
convertus. Certe Gebennensium non pauci non
modò illo hortatore doctoréque sanctam fidem
capessiverunt, sed etiam solum, ut ita dicam, ver-
terunt, curâ fortunarum abjectâ, dum cum Beato
Episcopo esse possêt, in iis unus fuit hæreticæ pra-
vitatæ Minister, qui seriò conversus, libros duos
contra prava falsaque dogmata Calvinii edidit.
Vide

Videlicet eum in modum imitabatur Apostolicos illos piscatores, quos missurum se Dominus per Jeremiam (c) pollicebatur, animas mansuetudine alliciendo, nō exitiabili austeritate necādo. Nempe egregiè memor Augustiniani illius acroamatis, *Corrigi eos cupimus, non necari*; ac multò magis divini Oraculi per Prophetam, (d) *Nolo mortem morientis*; perpetuò suavitatem eo in genere adhibuit. Eā arte expugnavit temerariam audaciam feminæ cujusdam hæreticæ, primariæ inter suos: hæc annos totos duos & viginti posuerat in studio questionum controversarum de fide, tantā vel arrogantia vel alienatione à Beato Episcopo, ut cum enixe sollicitaretur ad adeundum illum; *Absit verò, dixerit, ut quidquam mihi unquam commercii cum tivenifico illo intercedat, quem nostri angue pejus ob maledicta oderunt*. At non tamen diutissimè tenuit obstinatio: cum rogata vehementer, semel Præsulem audisset verba ad populum facientem è sacro suggestu, dimissa concione ad Ecclesiastè adiit muliebri temeritate, & ut sibi videbatur, à capitibus futuræ disceptationis paratissima. Ita penè procaciter in disputationem ingressa, dū nihil esse putat quod opponi possit; mirata brevè est placidissimi adversarii mansuetudinem, qui thraonica disceptatricis argumenta efficacissimè dissolvens, verbulum tamen nullum proferret asperius. Id ubi tenuit aliquandiu, mulier tantam animi tranquillitatem in doctissimo adversario mirata, cessit tandem: ac professa nullam se unquam tantam bonitatem vidisse, dedit agnitæ veritati manus, si-

(c) Cap. 16. (d) Ezech. 18.

X 2

dém

324 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
démque orthodoxam capessivit unà cum aliis plu-
ribus, quos femina paulò antè pervicacissimæ ex-
emplum traxit: ipsa nunquam à sancta fide dimo-
veri potuit, in eâ tuendâ deinceps constantior,
quàm priùs in Calviniana hæresi defendenda ob-
stinatio.

Duo item nobiles heterodoxi cùm aliquan-
do cū pio Episcopo in familiari sermone versaretur,
polliciti sunt se ad sanctam Romanam Eccle-
siam redituros, si quidem commonstrare sibi pos-
set, ignem esse post hanc vitam purgatorium, in
qua pendent animæ noxarum pœnas, quas hic
contraxerint. Acceptâ conditione, aggressus Do-
ctor optimus e vestigio de proposita quæstione dis-
putare, sic utrique, locis è sacris literis, tum et
SS. Patrum auctoritate eam in rem allatis, satis-
fecit, ut dubitationes omnes absterferit: tum quo-
si pro auctario, in disputationem ingressus de Ber-
torum Calitum invocatione, adstantes duos alicui
sic commovit, ut simul omnes Catholicam fidem
amplexi sint. Alias autem conversiones aliquot à
se factas sic ipse describit: *Excurri nuper Tonotum, ad
recipiendos postliminid in gremium Ecclesie Sacerdotes do-
tos, eruditione prestantes, quos infelix morû licentia ad Cal-
vinistas applicaverat. Deus bone! quàm funestus casus in-
lorum fuerat. Gaudium singulare pectus hoc pertentavit
ex eorum ad Ecclesiam reditu, Religiosi erant ambo: sed in-
ventus, inanis gloria, caro transversos egerat, atque
horribile illud barathrum traxerat. Quo tempore ali-
um item Religiosum, qui ex S. Petri nave excelle-
rat, ad eandem revocavit, & tam illustrem in mo-
dum, ut rei memoriam stare lapsus ipse voluerit*

hæc formulâ. Ego N. in Catholica Ecclesia educatus, postquam Theologiam annum unum, Philosophiam triennium totum tradideram, quò licentiùs vivere liceret, & desideria carnis impunè sequi, transi ad Calvinistas. Post tempus aliquod inter eos exactum, perpendens quàm parùm apud eos amor Dei vigeat, quàm parùm pietas colatur; hoc apud me mœrens revolvebam: (e) *Quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor!* Hujus tantæ infelicitatis mihi conscius, & sceleris mei atrocitate obversante assiduè ob oculos; ad tuam benignitatem planè paternam confugi, Domine Illustrissime, tuque me ex illo cœno extraxisti, ab hæresi æquè & à Votorum violatione absolvens. Verùm, quæ mea fuit infelicitas, impulit me denuo in præcipitium, præposterus amor uxoris quam sacrilegè duxeram, & liberorum quos ex eâ susceperam, donec iterum in illis montibus Gelboë tabescens, (f) *super quos nec ros, nec pluvia veniunt*; agnovi demum, extra sanctam Ecclesiam Apostolicam Romanam, nec veritatè consistere, nec ad sempiternam salutem perveniri posse. Id me impulit, ut ad te denuo confugerem, Præsul Illustrissime, procidens ad pedestuos, ut te propitio in eam postliminiò mihi, immerenti licèt, pateat accessus: exploratum quippe mihi est, nunquam à te rejici miseros, qui opem tuam implerent; quod ego facio quàm demississimè possum, ut ad sanctæ Ecclesiæ communionem per te admittar. Nec eum spes sua frustrata est: Professionem fidei instituere jussus

X

(e) Luc. 15. (f) 2. Reg. 1.

à misericordi Antistite, lacrimas vel ex gaudio, vel
 ex amore, vel ex miseratione fundente uberes, sic
 exceptus est, ut quingentos florenos annuos in
 aliquam ætatem pensitaturum se ipsi sponderet,
 quò ne unquam deinceps de Apostata sollicitu-
 tur. Eademque animarum caritate, Pastor bo-
 nus, cui nihil antiquius esset, quàm vagas oves ad
 ovile Christi cogere alias ex aliis; feminam nobi-
 lem illam quidem, at egentiore aluit cum fili-
 bus tribus, donec à Celsissimo Duce Sabaudia-
 rumpis impetravit unde vitam tueri honestè possent
 ab eodemque Principe obtinuit, ut Centurionem
 cuidam prospiceret, honestâ conditione; unde et
 familiam suam ipse deinceps aluit, & filiam unam
 è pluribus collocavit in Monasterio. Providit enim
 Lugdun, ut Religioso cuidam, Italo, qui per sum-
 mum nefas sacrilegas nuptias Gebennæ contrax-
 rat, tribueretur Theologalis Præbenda, quam vo-
 cant: ibidem egentes complures adolentes se-
 culariis opificibus variis, suis sumptibus eruden-
 dos commisit: totasque familias aliquot ad ege-
 statem idcirco redactas, quòd Calvinisticæ heresi
 nuncium remisissent, juvit haud modicâ pecu-
 niâ.

Sed quoniam nunquam finis esset, si persequi
 cuncta vellem quæ in eo genere heroicè gessit.
 Præsul, exponat ipse per se quemadmodum se huius
 adhiberet: quâ de re sic ad quendam è familiaribus
 bus. Antè quadriduum, inquit, excepi in gre-
 gium Ecclesiæ nobilem adolescentem, formâ
 singulari, bellicâ fortitudine sanè præstanti.
 Quale verò gaudium (Deus bonè!) in animo

meo extirrit, dum illum audirem peccata incu-
 rentem sua, & prodentem quemadmodum i-
 osum divina Providentia è funestâ illâ licentiâ
 retraheret identidem miris viis, arcanis æquè, &
 sublimibus! planè extra me me rapuit: ex quo
 consecutum, ut osculum pacis ipsi nescio quo-
 ties impresserim. Ad alium autem scribens;
 Quid verò, inquit, non profundam, indignus
 Pastor, ad salutem deploratæ ovis illius? Vivit
 Dominus, cujus in conspectu loquor & vivo, si
 non ad eam convestiendam, pellem meam dem-
 libenter, sanguinem ad ungenda ejusdem vul-
 nera, vitam ipsam temporariam, ad subducen-
 dam eam sempiterno exitio. Precemur ab eò,
 qui se Pastorem bonum nuncupavit, ut curas
 nostras intendat, amorem augeat, verbis effica-
 citatem tribuat. De Rege autem Majoris Bri-
 tanniæ, sic ad alium: Quis dabit mihi pennas co-
 lumbæ, & volabo ad Regem illum, in Insulam
 illam, quæ tota errorum nebulâ cooperta est;
 Insulam olim præclaram, quam boni omnes
 quondam Patriam Sanctorum vocitabant! Vi-
 vit Dominus, si per Celsissimum Ducem Sabau-
 diæ mihi licuerit, civitatem illam ingentem adi-
 bo, quam Niniven appellare possim, Regem al-
 loquar, & vel cum vitæ discrimine, eidem ver-
 bum annunciabo, quod mandavit Dominus in
 mille generationes: etenim peculiarem quen-
 dam in modum feror ad salutem Principis illius
 postulandam à Domino.

Porro, dictum præclarè à S. Augustino, (g)
 Imple

(g) In Psal. 37.

Imple egentis inopiam, ut impleat Dominus interiora tua. Videlicet ideirco B. Episcopi interiora plena Deo erant, quod proximi amore plenus erat: quam quidem partem officii tanti esse putavit Gelasius Papa, (h) ut Episcopos hortans ad quartam partem reddituum erogandam fideliter in pauperes, istius rei neglectui, quæ persæpe jam tum prætermittebatur, calamitates tribuat, quibus tunc Ecclesia exagitabatur: additque illud Propheta: (i) *Cognovi quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.* Quare ex contrario illud existimare possumus, Antistitis nostri liberalitatem eximiam in sublevandis tenuiorum corporibus, causam fuisse cur tam feliciter cuncta cederent, quæ non in Diœcesi Gebennensi tantùm, sed etiam in tota Ecclesia, ad promovendam Domini Dei gloriam, atque ad animarum utilitates suscipiebat.

SECTIO II.

Ejusdem argumenti continuatio.

Poterat utique B. Præsul Domino dicere cum Principe Palmographo: (k) *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mihi.* Non enim tantùm malleus hæreticorum erat, hæreseque profligator; sed etiam hostis publicus morum Ecclesiæ depravatorum, illorum qui superfeminarent zizania, impiorum illorum qui viverent licentiùs, & de rebus sacris divinisque minùs reverenter loquerentur, illorum qui divinæ misericordiæ diffiderent. Ipse in consiliis Domini super filios hominum egregie,

(h) *Epist. 37.* (i) *Psal. 139.* (k) *Psal. 138.*

quantum quidem mortali licet, versatus, ita misericordiam eandem cum iustitia connectebat, dum ferebat occasio, ut quosdam divinæ severitatis formidine flecteret, alios ejusdem bonitatis amore incenderet. Lutetiæ, cum rogatus venisset in colloquium cum viro primario illo quidem, at tam depravato, tamque cæco, ut in vitâ effreni, & omni flagitiorum genere contaminatâ, propè ad Atheorum impietatem devenisset; tamen si horribilem illum statum mentis perditæ deestabatur, non tamen à suâ lenitate discessit. Semel, iterum, tertio, cum eo frustra congressus argumentis Theologicis, ad Philosophica descendit, adituque tandem reperto, insinuans se se in infelicis animum ex rebus naturalibus ratiocinans, quantum quidem corruptæ mentis hebetudo sinebat, eò unde exerraverat reduxit insanum, penè abolicam cognitionem summi Dei in perditâ animâ imprimens postliminiò: ita jussum de misericordi Deo bene sperare, eundemque timere vindicem, sic mutavit, ut ejus conversio pro miraculo habita fuerit. In Diocesi verò ejusdem, ad extremum supplicium damnatus peregrinus aliquis, eò desperationis adductus est, ut nihil admitteret eorum, quæ ad mortem æquo animo perferendam flectere miserum possent. Cum id ad aures Episcopi pervenisset, relictis negotiis omnibus, quæ plurima tunc in manibus habebat, advolat continuò ad carcerem, adhibet blanditias, quæ ad consolandum maximè valerent, proponit cuncta, cum mirabili quadam benevolentia significatione. Exitus is fuit quem sibi Vir Dei proposuerat, col-

ligit se homo, decernitque secum, instans sup-
 plicium æquo animo Dei causâ perferre: cumque
 è carcere eductus, eò ductaretur, ubi crimen per-
 petraverat; adfuit etiam tunc Episcopus, cumque
 ad antiquiora stadia extra oppidum deduxit: ante
 autem quam ab eo divelleretur, paterna quadam
 caritate tradidit de novo documenta ad mortem
 bene, & ut Christiano dignum erat, subeundam
 propositio etiam modo lucrandi tunc temporis
 Indulgentias per icunculam æneam, quâ eum de-
 navit una cum osculo pacis: tum ei extremum be-
 nedixit. Nec tot Christiani amoris significatio-
 bus contentus, mandavit Parochis per quorum
 Parœcias transiturus esset, illum omni ope & ope-
 râ juvarent. Mirabile verò vincendi genus! quo
 sancti viri caritas de peccatoris obstinatione tri-
 phans, id evincit, ut supplicium quod vitari ne-
 queat, offeratur ultro divinæ justitiæ, quam reus
 suo crimine violasset. Alius ex B. Episcopi Dia-
 celi, eò usque expavescebat in morte, ex conscien-
 tiâ plurimorum gravissimorumque criminum quæ
 in vitâ perpetraverat, ut mentionem nullam ad-
 mitteret exorandi Dei, neque suscipiendorum Sa-
 cramentorum. Ubi id cognovit Pastor, dimissis
 nonaginta novem justis, accurrit ad ovem quæ tam
 infeliciter decurrabat: & non modò humeros of-
 fert, in quos eam sustollat, sed etiam cor, plenissi-
 mum divinæ misericordiæ sensu, quem sensum
 mirâ quadam suavitare in desperantis pectus trans-
 ferens, hominem adduxit ad generalem vitæ ro-
 tius confessionem faciendam: illam secuta mors
 felix, & insignis exempli apud intuentes.

Ut verò veritatem cum misericordia, sic pacem cum iustitia sæpenumerò conjunxit. Nobilis quidam, hæreticus licet, & Gebennensis, tantam tamen de tanti Antistitis æquitate opinionem conceptam animo habebat, ut arbitrum eum depolicerit ad decidendam litem, quæ sibi cum alio quodam intercedebat. Nec recusavit homo, factus omnibus omnia: postquam partis utriusque rationes audierat, expenderitque per diligenter; sententiam tulit, tam acceptam utrique, ut singulari suâ voluptate lite omisâ in gratiam ambo plane redierint, vixerintque deinceps concordissimè. Alium item natalibus quàm moribus clariorum cum deprehendisset tanto inimici cuiusdam odio flagrare, ut ad singulare certamen cum eo suscipiendum pergeret, sic compescuit propositâ divinorum iudiciorum formidine, jacturâque sempiternæ salutis, quæ exitialem illam monachiam consequatur, ut illum ab furiosa illa mente deductum ad reconciliandam cum inimico gratiâ traduxerit. Alios autem duos in rixâ graviter altercantes una Francisci frontis vultu que serena hilaritas sedavit illico, sereno Dei tranquillitatem animi quâ fruebatur intus, ipso conspectu derivante in alios.

Jam, ferre nullo modo poterat obrectari cuiquam, aut deteriore in partem de proximo æstimari: quam quidem moderationem sic ipse exprimebat. Minimè committendum est, ajebat, ut ante tempus judicemus. Id quidem Apostolus ⁽¹⁾ verat: & unius Dei est, de hominibus fer-

X 5 re

(1) 1. Cor, 4.

re iudicium: & homo quidem videt ea quæ parent;
 Dominus autem intuetur cor. (m) Si tamen inci-
 dit aliquando, ut inficiari nequeas quin quæ o-
 culis ultro se objiciunt, mala sint; tum verò reji-
 cienda res in præcipitem animi motum, cui non
 satis licuerit præviâ consideratione sibi tempe-
 rare, aut in vim tentationis gravioris: aut omni-
 no sustinendus assensus iudicii, sic, ut rem in me-
 dio relinquas, nec de illâ facias verbum: quàm
 multa enim efferuntur verè, quæ tamen contra
 caritatis leges efferuntur? Ac si vellent qui-
 dem homines, etiam in terris cœlestem beate-
 rum mentium felicitatem degustarent, aje-
 bant antiquorum non nemo: nimirum in civili con-
 suetudine vitam quandam beatam nanciscere-
 tur; sic enim consociatis inter se per caritatem
 omnibus, ex familiis, quæ ad tam multa millia
 in orbe terrarum sejunctæ cernuntur, una pro-
 sus existeret. Omnino nullum ferè indicium
 certius est depravationis animi, quàm iniqua-
 la proclivitas malè sentiendi de proximo, ipsi-
 que obloquendi. Et sapienter quidem Apelles
 ille, cum Antigonam ita pinxisset, ut quia obli-
 que vultum ejus inspiciendum proponebat, o-
 culorum alterum quo captus erat texisset, sci-
 scitatis passim, Ubinam alter ille oculus esset
 opponerebat, Vester verò ubi est? quid artinebat
 deformationem illam vultus proderet in tabula
 si illam per picturæ leges oculere licuit, nulla
 cujusquam offensione? Omnino qui eum ad
 modum de aliis incommodiùs æstimat, iisdem-
 que

(m) 1. Reg. 16.

que obloquuntur, hircudines sunt, quæ saniam
 exugere solent è corporibus, sanguinem incor-
 ruptum in iisdem relinquere: homines maligni,
 qui in omnes imperum faciunt, ultro cæcutien-
 tes, qui ceu noxio humore, sic quadam naturæ
 pravitate aciem inter mentis, & proximum in-
 terjectâ, putent se haud injuriâ persuadere sibi
 posse, tam criminosos alios esse, quàm sibi ipsi
 esse persuadeant. An non verò iniquum est, ni-
 hil non tibi velle ignosci, dum levissima quæ-
 que aliorum peccata condemnas? Equidem
 nullum adhuc vidi, cui bonam in partem de aliis
 locutum fuisse nocuerit. Et in corpore quidem
 nostro, qualis est calor natus, talis sanguis esse
 solet; in animo autem qualis est caritas proximi,
 talis mentis pulchritudo est. Planè quisquis non
 æquis oculis proximum respicere cœperit; quis-
 quis erga illum caritate, miseratione, Christianâ
 observantiâ destituit; ex iis initiis suæ ipsius men-
 tis habitum bonum corrumpet; superbiet, in-
 solescet, invidet, defleat ad barbariam, li-
 neamentum nullum imaginis Dei in se ipso con-
 servabit. *Considerans se ipsum*, inquit Apostolus,
 (n) *ne et tu tenteris*. Quod si fortè meliores
 nobis ipsi videmur, quàm ii quibus obloqui-
 mur; illud recogitemus, fieri progrediente die
 posse, ut illi versâ vice meliores nobis evadant,
 & in cælo sedem impleant, quæ destinata nobis
 alioqui fuerat: fortè ruemus nos, ipsi contrâ e-
 mergent è cæno: *potens est enim Deus illos statuere*
 (o) *Quàm multi sunt latrones in silvis, qui di-*
 lignen-

(n) Gal 6. (o) Rom. 14.

„ ligentiùs sanctiùsque famularentur Deo, quàm
 „ ipse famulor, si per gratiæ donum nacti essent?
 „ Quàm multi, miseri nunc, ad celsiorem vitæ spi-
 „ ritualis gradum pervenirent, quàm is sit in quo
 „ consisto, si donasset illis Dominus Deus operam
 „ dare literis, & ex eruditione ipsum plenius cog-
 „ noscere? Animadvertamus quid inter S. Pe-
 „ trum & Salomonem sit discriminis: prior, ma-
 „ lus initio, resipuit; posterior, initio mortalium
 „ omnium suæ ætatis sapientissimus, desipuit de-
 „ nique. Judæ quoque initia perfectiora fuere,
 „ quàm ullius hominum eorum qui nunc sunt;
 „ Pauli contrà, deteriora, taliæque ut Ecclesiam
 „ Christi majori furore exagitaverit, quàm ullus
 „ tyrannorum nostræ ætatis fratres nostros, Initi-
 „ delibus variis locis permixtos, insectetur & ta-
 „ men Apostolus ille, carissimus tunc Deo, ad ex-
 „ tremam infelicitatem devênit; qui autem pro-
 „ deterrimo se gerebat, factus est & optimus, &
 „ Evangelii acerrimus propugnator. *Beatus homo*
 „ *qui semper est pavidus,* (p) quique in suis defe-
 „ ctibus considerandis occupatus, neutiquam ad
 „ aliorum vitia inspicienda, oculorum aciem in-
 „ tendit: atque ut animalia illa Ezechielis (q)
 „ ante faciem suam gradiebantur, nec retorque-
 „ bant retro oculos; sic boni in unis suis defecti-
 „ bus considerandis versantur, mali autem in
 „ aliorum defectibus investigandis toti sunt. Et
 „ observandum magnoperè, Aristarchos illos, qui
 „ aliena carpunt tam facîle, laborare ferè defecti-
 „ bus longè gravioribus; festucas tantùm sibi per-
 „ luan-

(p) *Prov. 28.* (q) *Cap. 1.*

suadent in oculis suis esse, in oculis autem fratrum trabes.

Illud vulgò dictitabant omnes, dissidium nullum esse, quod non componeret Episcopus Gebennensis, eundemque communem Arbitrum esse non Catholicorum modò sed etiam hæreticorum. Et verò id ei deferebant Gebennenses ipsi; prædicabantque, si Episcopi cuncti similes Francisco fuissent, admissuros se unumquemque eorum fuisse. Ceterum, Dominus Deus tantà caritate delectatus, ut interpretari licet, misertus est cujusdam, nobilis genere, moribus depravati, qui in Clerum jam cooptatus, post ingentia quædam beneficia accepta à Francisco, à quo unice diligebatur, lapsus in hæresim, profugerat in Angliam. Casum hunc tam luctuosum, in hæc verba deploravit pater misericors, ad germanum fratrem rescribens: Quantum verò dolorem, quamque gravem, Deus bone, ! inussit meo pectori talis amici ruina exitiabilis. Planè nunquam in vitâ tantus me mæror cum tanto stupore conjunctus invaserat. Modestæ significatio, quæ erga te in literis missis utitur & amicitia fidelisque tua tam vehementer, tamque demissè implorata graviter consauciat mentem meam: neque talis amici exitium sine intimo angore ferre possum. Ac infelicem quidem ab reliquo orbe terrarum mare, à contortio filiorum Ecclesiæ schisma hæresisque diremptum nunc habet, tam infortunatè, quam fortunati sanctæ Ecclesiæ filii sunt. Omnino ad hunc casum contremuisti: & scilicet inde in me existit novum certumque

tumque

336 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
„ cūmq; propositum Ecclesiæ Domini Dei seti-
„ viendi exactiùs, quàm unquam antea. Ceterum,
„ aquæ totæ Britannici maris nunquam in me-
„ tinguent caritatem istius animæ, quandiu vel
„ scintilla supererit in misero frugis melioris, pè-
„ que reditum ad Ecclesiam, salutis sempiterna.
„ Deus bone! quàm vani sunt homines, si quando
„ sibi confidunt suoq; ipsorum iudicio adherent
„ obstinatiùs! Necessè quidem est ut veniant *scanda-*
„ *dala, veruntamen vae illi per quem scandalum venit!* (1)
„ sempei jugum Domini excussit miser juvenis
„ non tamè profus despero, quin aliquando redi-
„ eat ad portum salutis: interea illius sortem de-
„ ploro ex intimo cordis sensu; quis enim tandem
„ non ingemiscat ad eas voces, *sejunge me ab Eccle-*
„ *sia?* Nec videt cæcus, se, dum se ipse ab Ecclesiâ
„ sejungit, à Deo quoque sejungi; quandoque
„ dem non habebit Deum patrem, qui non hie-
„ buerit Ecclesiam matrem. Me quidem ex eo
„ lapsu auxit Dominus Deus ingenti gustu, suavit-
„ tate, lumine spirituali, unde in mente meâ ad-
„ miratio major præstantiæ fidei orthodoxæ. Nam
„ quas non me tandem gratias agere decet De-
„ mino Deo meo, eo nomine, quòd cùm fuerim
„ plurimus cū hæreticis, cùm tentatus sim tã mul-
„ tis modis, cū tam multæ illecebræ mihi objectæ
„ sint ad se etandâ hæresim; & in ætate quidè labra
„ cã, teneraque; nunquam tamen in eam intui-
„ sim, nisi ad conspuendam illam; cūmq; le-
„ tarim assiduè libros eâ peste infectos, nunquam
„ tamen vel leviter animo sollicitatus sim ad labra
„ Baby-

[r] Matth. 18.

Babylonis poculo admovenda, Deus bone! dū tantum tamque singulare beneficium cogitatione retracto, timeo vehementer, ne quingrati animi labes in me resideat (f)

(f) *Vt ad Ecclesiam redieritis de quo agit servus Dei, non inveno; credibile tamen factum id eorundum opera fuisse, qui rem tractabant: ita, ut Episcopi frater sequester reitam sancta fuerit.*

CAPUT IV.

Beneficentia in egentes: extraordinario munere quodam augetur à Deo.

PRÆTER opera misericordiae quæ usurpata à Beato Viro videmus in confessionibus audiendis, reducendisquæ ad orthodoxiam hæreticis, dandus omnino locus ejusdem beneficentiæ singulari in egentes; quippe quæ in Viro Dei enituerit eximie. Pauperes gestabat in visceribus: & ad frangendum esurienti panem, sinum manulque aperiebat. Hospitio excipiebat eos, quibus tectum deerat: operiebat nudos, neminem negligebat, memor quantafuit misericordia Domini in servos suos. Duci vix potest quantâ curâ provideret, ut in penum congregarentur ea, quæ ad egentes alendos necessaria fore putabantur, præsertim dum erat annona cæcior, ut videlicet *esurientes impleret bonis*, famelicisque aleret; eò usque, ut cum nobilium quorundam legetem atrox procella perdidisset, eorum agros feri deinde jussit perinde atque suos. Planè prædicare cum S. Job. poterat, (a) *ab infantia crevisse secum miserationem, & de ventre matris suæ natam esse secum.*

Y

(a) Job. 31.

338 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
secum. Et verò, inde usque à pueritiâ cibum, potio-
nem, vestes in pauperes partiebatur; ac sepe
ita se ipse destituebat, ut antequam famulorum
ullus advertisset, obrigesceret, per hyemem, frigi-
gore. Nec verò suis se vestibus exuebat tantùm
membra Christi tegetet; supellectilem ipsam sa-
cram, tum vestis, tum vasorum ex argento distra-
xit nonnunquam, ad redimendos captivos, alen-
dòsque illos, quorum major erat penuria. Quòd
si ipsi supellectili Deo jam dicatæ non pepercit et
amore pauperum, non mirere magnoperè sin-
germanorum suorum gratiam haud gravatè cessit
propriâ, atque ad eò toto patrimonio: quod ipsam
tanta facilitate perfecit, ut dixerit deinde cuidam
ex intimis; *Eà in re mihi ipse mirum quendam in me-
dum satisfeci: quippe qui gravi quodam onere levatus sum.*
cum enim neque domum deinceps propriam habeam, nec
fortunas; sic statuo nullo post hac loco domicilium mihi, nisi
in Ecclesie gremio fore. Episcopatus initia commen-
davit insignis illius beneficentia in captivos, Re-
ligiosos, Xenodochia, inque eos quos prohibet
pudor mendicare palam, aut qui aliunde cum
venissent, aliò omni subsidio carebant proflis.
Horum nomina descripta habebat in catalogo
ac si quando in morbum inciderant, tum adhibe-
bat Medicum, tum curabat ne res aliæ necessariæ
deessent: eos invisebat frequens, ægros præsertim;
quibus cum singulari quodam jucunditatis sensu
serviebat ipse, diligenter providens ut necessarii
cibi aptè apparerentur: quòd si abesse justâ de
causâ aliquâ cogeret, tum designabat qui ea ipsa
sedulò procurarent: atque id institutum totâ dein-
ceps ætate retinuit, Pro illustri sa nè argu merito

quod annuos redditus, quos Oeconomus intactos semel reservaverat, Episcopo Parisiis versante, in reditu tales in usus impendi prorsus decrevit. Nihil attinet hic enumerare singillatim egentes laicos, Sacerdotes, nobiles, quibus certam summam aut in annos, aut in menses pendebat: nihil immorari diutius in hospitalitate quam exercebat in Sacerdotes, Religiosos, aliósve, quos in transitu excipiebat domi, cubiculis eam ad rem in Episcopo designatis: quæ cubicula si quando redundabant, tum eos mittebat in certas ædes conductitias: quam quidem in rem non semel mutuas pecunias accipere illum coëgit caritas. Necdum tamen se satisfecisse officio suo existimabat, nisi præter illos quos diximus, etiam in inimicos exercuisset beneficentiam: Etenim, ut Jesu Christi doctrinam & instituta sequare, agebat, faciendum prorsus, ut erga inimicos potestimum, caritatem exerceas, inter que illos, erga eos quorum sit odium in te atrocius: quod non minus sermone extollebat, quam repræsentabat actione. Nam cum observasset aliquando, Oeconomum suum minitatum Religioso cuidam fuisse, ex aliquo Ordinum Mendicantiu, se partem quandam subtracturum eleemosynæ isti Ordini distribui iussu Episcopi solitæ, quod is indignum in modum oblocutus tanto tali que Viri esset; *Vbinam verò, inquit, Oeconomum eundem increpitans, Evangelica effata dereliquisti? absit a nobis, ut quidquam ei Religioso subtrahatur; volo eleemosynam erogari ipsi, quotiescunque se sistet* Ad eundemque prorsus modum habuit nobilem quendam malè de se meritum: nam ut Christiano modo injurias ab eo acceptas

ulcisceretur, postquam cum extremâ inopiâ con-
 fluctantem sex ipsas hebdomadas aluerat, pecuniâ
 haud modicâ donavit, unde isti ærumnâ sese er-
 meret. Obierat sine herede Parochus quidam Ger-
 bennensis Diœcessis, atque adeò ex receptâ consue-
 tudine bona illius cuncta ad Episcopum pertinebunt;
 cum tamen aliquis, gnatus utique quæ quantitas
 esset Francisci liberalitas, ab eo petisset ea quæ Pa-
 rochi fuissent, sibi largiri dignaretur; annuit haud
 gravatè Vir optimus, eâ dumtaxat conditione, ut
 ducatos argenteos viginti daret audax ille petro-
 datos, in pauperes confestim Episcopus distribuit.
 Eadem animi inductione cum Typographus, qui
 Philotheam (liber famuli Dei est, de quo supra)
 excuderat, grati animi ergo, obtulisset Au-
 ctori aureos quadringentos, quòd inde fortuna
 suâ incrementum ingens accepissent, rejecit ho-
 norarium. Vir ab omni cupiditate alienissimus,
 mercedis nihil inde se quærere professus, nisi ut li-
 bri lectio animarum rationibus prodesset quam-
 plurimum. Post tamen, ut virgo quædam, nobilis
 illa quidem genere & minimè locuples, Monaste-
 rium ambiens, idcirco si non rejiciebatur, diffi-
 rebatur certè, quòd careret dote, amicorum quo-
 rundam suorum hortatu oblatos aureos accepit
 sic, ut eosdem statim virgini donaverit in cari-
 pium usum impendendos.

Parochum autem è suis, alio modo juvit. Cùm
 nobiles quidam illum vi & injuriâ atrocem in mo-
 dum vexassent; primum nihil non tentavit benig-
 nissimus Præsul, unde illos ad sanio rem mentem
 reduceret, invitaretque ad agnoscendam culpam
 mot

mox, ubi nihil amicæ & benevolæ hortationes
 valuerant, lite ipse experiri statuit, & tam feliciter,
 ut senatus consultum secundum Sacerdotem
 impetraverit, quo satisfacere eidem contumaces
 nobiles jubebantur, & litis totius impendia, unâ
 cum æstimatione detrimenti, quod inde immerenti
 Paracho obvenisset, repræsentare. Illi cum po-
 sitâ contumaciâ Sacerdoti satisfacissent, professi,
 dolere sibi magnoperè, quod factum erat, ad eos
 adiit continuò Præsul, & adstantes cum insigni
 mentis demissione compellans, *Per ego vos, inquit,*
Iesu Christi Majestatem obtestor, vivite in posterum concor-
diè cum iis, qui ipsi sacri sunt, quò in vobis habitat Deus
pacis, & misericordiæ. Paulòque post, miranti ami-
 corum cuidam in familiari sermone Episcopi in-
 stitutum, qui cum esset à naturâ lenissimus, tam
 acriter tamen litem eam persecutus esset; Chri-
 stianum quidem, respondit, decet imprimis men-
 tis demissio; verùm, eidem animi magnitudo
 summoperè necessaria est, quâ postquam con-
 sideratè se abjecit, consideratè item se erigat.
 Nimirum hæc demum est germana animi celsi-
 tudo in officio, non sinere debiliorem poten-
 tiori prædæ esse, aut innocentiam sub intolera-
 bilis tyrannidis jugo ingemiscere. Ego verò ma-
 gni Baptistæ constantiam suspicio, Herodi Regi
 dicentis, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Nec
 verò facere ipse possum, quin oppressos tuear,
 quando & Deus jubet, & dictat conscientia.
 Certè, quæ fortitudo animi in piis hominibus
 elucet, neutiquam subest hominibus, neque
 illorum injurias pertimescit: illud sibi proponit,

2, ut quæcūque ad Deum spectant, ea promove
 2, at, nullo mortalium cuiusquam metu: donum
 2, Dei est, quo quisquis præditus est, in carcere pro
 2, libero se gerit, in vulneribus rebûsque quibusli
 1, bet incommodis positas delicias habet, in mor
 2, te tanquam in vitâ exultat. Ac fortunæ quidem
 2, atque dignitates adimi nobis possunt, adimi
 2, non potest sancta illa delectatio, quâ de se cura
 2, dis aliorum rebus perinde atquè de nostris laca
 2, mur.

Is verò tam pius habitus mentis, id unum fru
 dentis ut *thesaurizaret* eo loco, *ubi fures non effodunt,*
nec furantur, (b) sic Do. *hum,* ut interpretari
 possumus, delectavit, ut miro modo aliquando
 inopinanti famulo suppeditaverit unde erogaret.
 Nam cum urgenti alicui vehementer, egestatem
 suam sublevaret, excusasset non semel, nihil pro
 fusus habere se in præsens, quod largiretur; instante
 nihilo minùs altero, cum manum denuo in peram
 iminisset, reperit quod non iniecerat, repræsen
 tante Deo quod per Prophetam pollicitus fuerat:
 (c) *Eris quasi hortus irriguus; & sicut fons aquarum,*
cujus non deficient aquæ. Quæ quidem aquæ pro in
 pectore scatebant, non modò ad opitulandum
 proximo, sed etiam roris cujusdam cælestis instar,
 ad piam mentem refrigerandam. Cum enim fe
 stâ luce Annunciationis B. MARIE, secum
 ipse in cubiculo reputaret, quemadmodum sese
 Verbum humanæ naturæ in Christo illigasset; i
 gneus globus è cælo delapsus, fulcro ligneo in quo
 flexis genibus consistere orans Franciscus solebat,
 insedit;

(b) *Matt. 6.* (c) *Isa. 58.*

insedit; tum, in scintillas diffiliens innumerabiles, totum undique cooperuit exterius, interius autem eâ suavitate implevit, quam electæ animæ haud rarò degustant, & eo ipso momento intellexit, non eò potissimum referri flammulas illas, ut corpus invaderent, sed ut cor depascerentur, tanquam ignis à sancto immissus Spiritu: proinde sic beato illo incendio exarsit, ut flammante vultu, cœnare dedignatus, in eo totus fuerit, ut donum Dei gustaret: id verò rescitum ex uno ex germanis Francisci fratribus, à quo tum deprehensus eo statu est. Simillimèque, sanctâ Pentecostes die, ipso Pontificio ritu operante, cum more majorum inter flores flammulasque, columbæ duæ emissæ è loco solito essent, earum altera Episcopi vertici insedit, quo momento ipse corpus Christi ritè consecrabat; altera aliquantò post subsedit in ejusdem genibus, clamores lætitiæ admirationisque plenissimos tollente populo, illiusque sanctimoniam suspiciente magis ac magis, quasi ea indicia essent eximie cujusdam voluntatis Dei erga suum Antistitem, hoc æquius, quò major erat Francisci cum mysticis illis columbis similitudo. Nam sanctus quidem Thomas (d) tradit, columbæ septem proprietates inesse, quæ septem sancti Spiritus dona designent: Doctores autem sanctæ Ecclesiæ passim ajunt, columbis illis Isaia, viros Apostolicos Concionatoresque designari: quæ profectò in Franciscum aptè conveniunt; quandoquidem

Y 4 divi-

(d) *secus fluentia habitat; meliora grana eligit: alienos pullos nutrit: non lacerat rostrum: felle caret: in cavernis petra nidificat: & gemitum pro cantu habet.*

344 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
divina illa eloquentia, qua tantum valebat, con-
vertens animas, simul pacem, cuius typus etiam
columba est, reddebat mentibus, simul criminum
cataclysmum inhibebat.

CAPUT V.

Exagitur per calumnias.

SECTIO. I.

AN non aprè cum S. Job (a) dicere queat,
Deum de pœnis innocentum ridere? aut aperit
illum eundem patientiâ delectari servorum suorum
in rebus adversis? Et poterat quidem Beatus
Præsul querere cum Domino suo, (b) Propter
quod opus si non lapidaretur, exagitaretur certè
ab iniquis? sed conticescit; quoniam summas de-
licias repositas habebat in ferendâ persecutione
(c) propter justitiam: cùmque Beatitudines omnes
Evangelicas eximium quendam in modum sem-
per suspexerit, deamavit potissimum illam, quam
in tolerandis æquo animo injuriis, JESUS Chri-
stus collocavit. Nimirum, *Patientiam opus perfectum
habere*, ex S. Jacobo (d) didicerat; quippe que
victores constituit in Christianis certaminibus
athletas, virtutesque ceteras tanquam in solio col-
locat: Et verò, dicere in hanc sententiam sole-
bat frequens, *Cupere se justitiam suam, si qua
in se inesset, decretorio illo die, quo nihil operum
quod non reveletur, latere, si possit, fieri, homines
omnes, uni Deo notam esse.* Qui quidem sensus
quâ

(a) Cap. 9. (b) Ioan. 10. (c) Matt. 5. (d) Cap. 1.

quàm altè in beatâ illâ mente infixus esset, ignorare nemo queat, qui secum reputet quàm lentè procacitatem tulerit Concionatoris cujusdam, qui Philotheam palàm ex sacro suggestu verbis atrocibus prosciderat, ut dicere cum S. Job posset: (e) *Suscitatur falsiloquus adversus faciem meam, contradicens mihi; sed Vir Dei non aperuit os suum: adèd Magistri sui pronunciata reverebatur. Omnino, si laudabile est, male dicta lentè ferre; longè fortioris animi, & exaggeratioris est, non commoveri indignâ vituperatione libri à te editi, quem legentes omnes mirentur, quique pietatis nomine bonorum omnium non approbationem modò, sed etiam prædicationem tulerit. Planè cõedit Franciscus, non ut Ezechiel olim, (f) volumen à Deo traditum, sed ignominiam impostam volumini sanè egregio, quod ediderat recens; contemptionem illam tanquam è manu Dei suscepit: & facta est in ore ejus, sicut mel, dulcis. Atque hinc occasionem accepit quidam è familiaribus ex ipso percontandi, Quàm tandem ratione ac via perveniri posset ad altissimam illam pacem, quietemque mentis, etiam in ærumnis quibuscunque, & exagitationibus? propositum enim sibi esse, si quo modo posset, annos vitæ reliquos, in verâ illâ solidâque animi tranquillitate exigere. Huic scaturiginem pacis interioris sic indicavit Vir hujus generis rerum experientissimus: Si, ut profiteris, propositum tibi est quietè tranquillè, que degere, hæc tibi observanda sunt. Amicitia familiaritatisque hominum ne justo plus adhaeris.*

Y 5

(e) Cap. 16. (f) Ezech. 3.

» seris. Animam tuam ne amaveris: & quicquid
 » cum naturali tuâ propensione consentiet, illud
 » aspernator. Dolores corporis morbo(que gra-
 » vissimos quoslibet forti & excelso animo perfer-
 » to, in sanctissima Domini Dei voluntate plane
 » acquiescens. Hominum judicia ne curaveris:
 » omnia preme silentio, hæc si feceris, pace illa
 » perfrueſeris: nulla enim via alia ad hanc aut mi-
 » hi, aut tibi patet, nisi iudiciorum istiusmodi,
 » quamlibet iniquorum severorumque, perpeſſio.
 » Ne te conturbent quæ jactabunt de te homi-
 » nes: iudicium Dei expectato: tum verò senten-
 » tiam feret patientia tua in eos, qui injuriosè de
 » te pronunciaverint. Qui currunt in stadio ad
 » bravium referendum, nequiquam cogitant de
 » circumstantibus; in illud unum intenti sunt, ut
 » currant quàm velocissimè; quò ne spe suâ exci-
 » dant: reputa tecum mente cui labores: sic enim
 » parvi pendes vexatores tuos.

Sæviebat tamen nihilo seciùs per id tempus
 calumnia in sanctum Episcopum, & aliunde in
 eum evomebat virus atrocitatis suæ. Apud Du-
 cem Nemorosium, Principem facilem alioqui, &
 benignum deblateraverunt quidam, adversus Epi-
 scopum iniquiores, tum in ipsum, tum in fratres
 ejus germanos, Bernardum Baronem Salesien-
 sem, & Joannem Equitem Melitensem, aliquid,
 unde in Ducis mente orta de eorum fide suspic-
 io, & ex suspicione diffidentia. Ubi id perſenſit
 Vir pacificus, cedendum ratus iracundiæ, cum u-
 troque fratrum Anecio Salesium secessit: quo-
 niam tamen è divinâ gloriâ esse existimabat, se
 ibidem

ibidem Aneci adesse per instantem Quadragesimam, scripsit ad Dacem eâ constantiâ, quæ inesse in servis Dei bene sibi consciis solet, in hanc omnino sententiam.

lufida imprimis est noctis testificatio, Princeps Cellissime: ac qui per tenebras iter habent, iis occurrunt pleraque periculosa, & quorum eventum præstare nemo queat. Quod V. Cellitudo expostulationes de me, deque fratribus meis excepit, fecit justè, si admisit tantum aurium tenus: sin eæ ad cor usque V. Cellitudinis penetrarunt, ignoscat mihi si ajo, servus utique fidelissimus, & indignus licèt, Pastor tamen V. Cellitudinis, factum ab eâ perperam, atque adeò dolere eam debere, quòd accusationes eas, etiam si cum vero consentirent, admisit præpropere. Etenim antequam delationes ullæ in proximum admittantur, disquirendum rite, & ordine, veræ an falsæ sint; non potest autem disquisitio illa legitimè fieri, nisi à auditis partibus: quis se cus tradit, prodit utique animam V. Cellitudinis: nam quantumcunque fide digni ceantur accusatores, audiendi tamen sunt qui accusantur, & expendenda diligenter ea, quæ ad se se purgandos afferunt. Quæ cum scripsisset justitiæ potius studio, quàm declinandæ vexationis, acquievit postmodum, eosque à quibus lacessitus tam indignum in modum erat, arctâ semper benevolentia complexus est, cum iis ita versans, ut significationem nullam unquam dederit ægritudinis, aut recordationis acceptæ injuriæ. Quotidie cum iis agebat, at eâ lenitudine, quæ tantæ morum sancti-

sancti-

348 VITAE B. FRANCISCI SALESII
sanctimoniam aptè responderet, & ceteroqui eò
magis suspiciendæ, quòd de injuriis illis optimè
jamdiu meritis erat. Ac ut beneficia quidem qui-
bus eos oneraverat, alia prorsus omnia flagitare
videbantur ab ingratissimis; sic, si hominum conditio-
nem spectes, incendere debere videbantur indi-
gnationem exulcerati animi: sed nihil tale in
Francisci mente unquam extitit: semper non mo-
dò sincerè, sed etiam comiter cum iis egit, ex effu-
sitate Evangelicis, miserâ illâ simulatione prorsus ab-
legatâ, quâ nihil inter eos qui injurias aut accepe-
runt, aut accepisse se se putant, frequentius.

Hanc verò calumniam alia brevè excepit. Sug-
gestum Celsissimo Duci Sabaudiaë, Dionysium
Simonem Marquemontium, Lugdunensem Ar-
chiepiscopum, post S. R. E. Cardinalem, qui ad
Franciscum amicitiaë & venerationis causâ vene-
rat, non idcirco tantùm venisse, ut amicus ami-
cum de more viseret; sed ut cum eo ageret de re-
bus quibusdam, unde detrimenti fortè aliquid res-
Ducis ejusdem capturaë essent. Sed non magno-
perè Ducem commovit delatio, expertum jam
quanta Episcopi fides esset, quanta obtrectantium
perversitas. Ne tamen negligere prorsus videret-
tur, jussit inquiri denuo de re totâ: post, ubi com-
perit ita eam habere ut sibi jam persuaserat, hoc
est, nullam culpam penès innocentissimum Virum
residere, ultro ad eum scripsit, rogans, sibi signifi-
care ne gravaretur, quorsum Anecium se se Lugdu-
nensis Archiepiscopus contulisset? Morem gessit
continuò modestus Præsul, responditque in hanc
sententiam: Ut sibi certiùs persuadeat V. Celsi-
tudo,

tudo, me hinc nihil dicturum, quod non prorsus
 cum veritate congruat, quam veneror; credat,
 precor, me dum hæc scribo, in Deum inque ejus
 Angelos aciem mentis intendere. Ut primùm
 Archiepiscopatum iniit D. Archiepiscopus
 Lugdunensis, scripsit ad me præcorum Episco-
 porum more obtestans, quibus erat *cor unum, &*
anima una, ut sanctam amicitiam copulare secum
 vellem, promittensque se ad me venturum, quò
 ad animarum sibi creditarum utilitates transfer-
 ret, quæ me usus antiorum jam aliquot docuis-
 set circa communis muneris functiones. Post-
 quam huc advênit, confirmo V. Celsitudini ni-
 hil à nobis neque factum, neque dictum, neque
 verò cogitatum iis de rebus, quæ ad secularia
 pertinent: quin, ad Ecclesiastica ipsa quod atti-
 ner, ea tantùm attigimus, quæ ad rectam legiti-
 mamque Episcopatus administrationem perti-
 nerent, de divino Officio, aliisque planè spiri-
 tualibus. Id sic habere, pro certissimo habere
 potest V. Celsitudo: & si opus est, eam in rem,
 honorem meum famamque V. Celsitudini;
 Domino autem meo, qui intima cordium no-
 vit, conscientiam salutemque oppignerò.

Adversarium item expertus est Virum prima-
 rium quendam, qui Ecclesiasticum Beneficium
 immerenti imperitòque cuidam, ab Episcopo pe-
 tebat. Cùm is negaret posse se inerudito illud
 conferre; repulsam Vir acer injuriam interpreta-
 tus, minas in Episcopum indignis modis intenta-
 vit coram. At Episcopus sedatè pacatèque, & eã-
 dem prorsus constantiâ, quâ id quòd iniquè postu-
 labatur,

350 VITÆ B. FRANCISCI SALĒSTI
labatur, negaverat, tantâ lenitate cum Viro præbe-
piti egit, eaque ad factum suum probandum mo-
menta rationum attulit, ut stomachantem flexerit
denique, eoque impulerit, ut petitâ veniâ, iracū-
diam observantiâ tanti Viri mutaverit. Alius,
quem inflammaverat in servum Dei iracundia, et
præceptâ sibi, ejus operâ, ut quidem arbitratus
parte aliquâ hereditatis jam spe & cupiditate præ-
ceptâ, ex bonis feminæ cujusdam primariæ, quæ in
Monasterium sese abdiderat, nullo non genere
contumeliarum in fontem onetavit, & à verbis ad
verbera tantum non progressus, manum sustulit,
percussurum in morem. Sed ad hanc injuriam tam
atrocem immotus famulus Dei, *Atqui sic habet,*
inquit, me negotium istud non attigisse prorsus. Acque
hîc attonitus petulans, in genua procubuit, culpam
& agnoscens, & deprecans. Eodémque modo
ultus est injuriam ab Sacerdote in se profectam,
illiterato æquè, & audaci. Is cum Beneficium Cu-
ratum ab Episcopo impetrare minimè potuisset
ob imperitiâ; repulsam illam, quamvis justam,
tulit tam impotenter, ut famosum libellum & scri-
pserit in Virum Dei, & scriptum eidem obtulerit
in Templo versanti. Nam cum Canonici commu-
ni Capituli decreto factum tam indignum tam-
que impium ulcisci planè vellent; intercessit Pa-
stor bonus, & tantum non in genua se se demisit,
pœnam reo deprecaturus: neque modò eos fle-
xit ad veniam, sed etiam injurioso illi honestissi-
mam apud Pedemontanum Principem condicio-
nem curavit. Sparsio item rumore, falso illo qui-
dem, sed tali tamen ut plerisque curam sollicitudi-
nemque

nemque haud levem creaturus fuerit, agi de ipso
 trudendo in carcerem, removendoque ab Episco-
 patu; Ego, inquit, si in carcerem conjicerer, »
 haud magnopere angerer animo: saltè illà «
 me cogitatione sustentarem, plus mihi otii fore «
 ad scribendum aliquid ad Domini Dei gloriam: «
 ac si mihi adimetur Episcopatus, liberior ero ad «
 preces animarum causâ fundendas. Omnino «
 casus istiusmodi vitæ humanæ, minimùm exti- «
 mesco, postquam non semel paratum me obtu- «
 li Domino Deo ad graviora, hoc est, ad infamiã, «
 atque adeò ad necem ignominiosam, qualem «
 tubire rei publicè in ferali pegmate solent. Si ira «
 summæ Majestati videretur, ut gravissimi cu- »
 jusdam criminis insimulatus, ad totam damna- »
 ter, aut ad pyram, in quam injicerer vivus; dum »
 coram illâ eadem Majestate, culpâ vacarem, e- »
 jusdem gratiã comite, ad supplicium lentè «
 & pacatè graderer. Omnino nihil per nos i- «
 gnominia aut infamiæ derivatur in Ecclesiam, «
 dum Dominum JESUM imitator, qui tam «
 multa ignominiosa nostrâ causâ pertulit: nec «
 metuenda opprobria sunt, ubi spiritualis unli- «
 tas agitur. Ita habitabat servus Dei in domo for- «
 num, (g) in arce Sion positâ; quando quidem in
 ipsis turbis tam tumultuosis, inque considerata
 suppliciorum formâ pacem tranquillitatè que a-
 nimi servabat; nimirum ad gratiam Evangelii per-
 tinens. Ac Jeremias quidem contra mundum cla-
 mitabat, inquit S Joannes Chryostomus: (h) *ut*
verò discere vis qualis esse debeas? discere quæ post gratiam

(g) *Esdræ 2. c. 3.* (h) *Serm. 1. de beato Job Tom. 6.* passi

352 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
passim sunt sancti Prophetae, sanctique Apostoli : nam illi
quidem patientes dolebant; hi verò patientes gloriabantur.
Venit Paulus in medium, patiens quidem, sed non con-
miscens; verberatus, sed non plorans; tormentis afflicto
sed gaudens.

SECTIO II.

Continuatio ejusdem argumenti.

Poterat de se prædicare post Magistrum Fran-
ciscus, (a) *Circumdede-erunt me canes : concilium
malignantium obsedit me : aperuerunt super me os suum,
sicut leo rapiens & rugiens : tum illud adjungere ; (b)
Propter te sustinui opprobrium ; operuit confusio faciem
meam.* Nam Dei causâ profectò Franciscus indi-
gna tam multa tolerabat, qui tam sedatè cuncta
ferret. Vir nobilis natalibus, moribus barbarus
potens ceteroqui, & locuples, patientiam tanti
Viri sex ipsos menses exercuit tam petulanter, ut
& satyram ipsi mordacissimam in manus tradi-
derit, & in communi sermone eidem obtreccaret
assiduè. Cùm nihil moveretur Episcopus, luto, fi-
mòque Episcopii valvas homo furens inquinavit
tum, inauditâ fortè atrocitate odii, canes venati-
cos de nocte ad fenestras cubiculi ejusdem ducta-
bat, ganeonésque quos adhibebat, jubebat aures
eorum vellicare acriter; quò luporum in morem
ululando, ingemerent: tum cornu venatorium in-
flari, tum displodi sclopos minores, sic ut nec Epi-
scopus quietis partem ullam capere posset, & in
vicinos gravis incommoditas redundaret: lapide
dabat

a) Psal. 21. (b) Psal. 68.

dabat denique cum suis, vitreas fenestras. Mustabant interim domestici, indignum rati vexari tamdiu immerentem dominum, rogabantque, per eum ut sibi liceret injustam vim justâ defensione depellere. At is pro familiari comitate, ut tunc nix solum tegebat, *Sinite illos*, inquit: *miseri profecto sunt, qui hoc tempore sub divo pernoctare malint, quam se domi continere: nobiscum commodius agitur, quando tectum nives, frigoris vim focus arcet.* Tum memor lapidationis S. Stephani, (c) *Domine*, agebat cum Protomartyrè, *ne statuas illis hoc peccatum.* Ceterum, non antè desit Vir immisericors exagitare insontem, donec Franciscus, cum ad crates Monasterii Visitationis inopinatè in inimicum incidisset, ruens illicoin Viri complexum, tam placidè tamque benevolè ipsum compellavit, ut illâ glaciè ad eas flammâs caritatis liquecente demum, inimicus pio rubore suffusus petierit offensæ veniam: illud cum ingenti animi sensu prædicans, plus apud se Christianam mansuetudinem optimi Antistitis valuisse, quàm centum conciones valituræ fuerint.

Fuit item ex affinibus famuli Dei quidam, qui, quòd ab eo accepisse se injuriam temere existimabat, ad ejus usque cubiculum adierit, furens iracundiâ, & ad verborum contumeliam minas adjungens, nihil non evomuerit probrorum. Audiebat servus Dei pacatus ac silens: paucula tantum verba interseruit, honoris & benevolentiaè significatione plena: unde furiosus exacerbatus magis, eadem impotentia reliquum virus iracundiæ effudit. Aderat tunc fortè Prior Talorienis;

Z

de

(c) Act. 7.

354 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
de quo suprà: is pro familiaritate Episcopum peti-
contans: *Nei commovêris*, inquit, *Præsul Illustrissimè,*
dum tal. a incidunt? si nullam tui rationem habendam ho-
putas; caritatis certe futurum fuisse videatur, merentem
objurgare, & Christiani Officii commonescere. Atque
excepit vir mitissimus, *pepigi fœdus cum lingua mea,*
ne unquam illa me irato quidquam proloquatur. Ne
verò infelicem illum irritare magis oportuit, severius
oratione temeritatem illam insectando: *respiciet ali-*
quando, culpamque agnosiet. Atque id aliquanto
pòst evênit. Haud moderatiùs se gessit in servum
Dei, Actor causarum quidam, homo temerarius
& præceps. Proscindebat maledictis tanquam Ve-
rum; minas intentabat: multa contra ejus famam
atque existimationem comminiscabatur. Quid
hîc faceret Vir Dei? Cùm in illum aliquando inci-
disset in viâ, accurrit ultro,prehendit dexteram, &
vultu hilari serenòque, *Odisti me*, inquit, *sat scio: sed*
tamen habeto, si osu'orum alterum mihi effoderis, fore ut
altero te benignè intuear. Debuerat ad hanc tantam
mansuetudinem non modò flecti, sed etiam frangi
pectus ferreum: sed nihil mitigata perdit ho-
minis mens obstinator, etiam graviora designa-
vit. Monitorias literas quasdam ad valvas Tem-
pli de more affixas injecto cœno conspurcavit,
scloporum minorem displosit in Episcopii fenestras,
in ipso Præsulis homologeterio figuras quasdam
carbone delineavit indecoras: Sacerdotem deni-
que ex Episcopi Officiariis sauciavit ingenti offen-
sione civitatis. Quæ cùm impunita dimitti non
possent, conjectus in vincula reus, causâ ritè & le-
gitimè disceptatâ damnatur à Senatu: sed conti-

ri: te

here se famulus Dei non potuit quin deprecaretur pœnam, non modò à Senatu, sed etiam, quod difficilius fuit, à Celsissimo Duce Sabaudia: tum, quasi læsisset prior, adit ad carcerem, ad rei pedes provolvitur, orat veniam, immoto sicario, inflexoque ad immisiones gratiæ: proinde nihil mirum, si, quod evênit, exitiali exitu vitam flagitiosissimâ clauserit. adeò verum certumque est illud Ecclesiastici: (d) *Cor durum habebit malè in novissimo.*

Simillimè, cùm à Religiosis quibusdam licentioribus indignum in modum habitus esset, evênit deinde, ut ejus gratiâ & auctoritate indiguerint: quare ad Episcopum adire coactus Superior, ejus opem suppliciter imploravit. Fecit Episcopus prolixè quod rogabatur, & miratibus amicis, *Sic habetote, inquit si brachiorum alterum à me petiisset, largitutum me fuisse eodem mentis habitu, quo dedissem, si nulla in re ab iis essem violatus.* Sed nihil illi molestius accidit; quàm diœteria quædam jacta in recens Institutum Monialium Visitationis: & tamen tam fortiter sibi hîc constitit, ut ne vel l tum unguem à Christianâ modestiâ, Evangelicisve effatis discesserit: hortatibus autem amicorum quibusdam, ut temerariam calumniatorum illorum audaciam comprimeret, sic respondit: **C**ontemnenda proptus est filiorum sæculi obrectatio: etenim existens aliquando tanquam extenebris veritas, iniquitatem mendaciumque retegèr. Ranae dum coaxant, nihil quidquam important damni; auribus tantum molestiam exhibent. Nulla potest a prior pœna imponi obrectatoribus, quàm silentium.

Z 2

U

(d) Cap. 6.

„ Utinam æquè immotus sim aduersus alios calu-
 „ qui vitam hominum exercitam identidem ha-
 „ bent! contumeliæ quidem, calumniæ, sinistra de
 „ me hominum iudicia nihil me commouent. Et
 „ non sunt illa quidem tam crebra, neque tam
 „ cerba: verùm, si plura grauioræque essent, non
 „ me tamen magnoperè, quantum quidem zelus
 „ mare de me possum, propitio sancto Spiritu
 „ percellerent. Ita, ut obseruatum præclare à S.
 „ Augustino est, etiamsi defectiones lunæ, atque
 „ adeò obscuraciones, quas illa suo in cursu identi-
 „ dem ex statâ naturalium causarum dispositione
 „ patitur, imperiti quidam maleficio tribuant; non
 „ propterea sidus illud nõ semper in cælo perstat;
 „ sic Beati Viri constantia æquabilis semper erant
 „ quantumvis niteretur calumnia ejus gloriam
 „ obscurare, nihilo secius illius virtus, ut è cælo
 „ ducebat originem, ita in cælo manebat semper
 „ fixa. Norat videlicet præclarus JESU Christi
 „ imitator, *Non esse discipulum super magistrum, nec ser-
 „ uum super Dominum suum: (e)* ac si patrem-familias
 „ Beelzebub perfidiosi illi vocassent, multò magis
 „ domesticos ejus probra similia expectare debere
 „ primùm; mox, ubi se dederit occasio, tolerare,
 „ juxta Evangelicum illud: *(f) Beati estis, cum mali-
 „ dixerint vobis.*

(e) Matt. 10. (f) Matt. 5.

* * *

CAPUT

CAPUT VI.

Conciones habet Gratianopoli : fructus earundem.

VÆ mihi (a) jebat Michæas Propheta, (a) fructum exiguum laborum suorum in verbo Dei disseminando, extremo cum animi dolore deplorans) quia factus sum sicut qui colligit in autumno ramos vindemia : non est botrus ad comedendum. Videri possit Episcopus noster felicior in colligendâ messe extitisse, fuisseque ex iis nubibus, de quibus S. Augustinus in illud Psalmographi, Domine, in cælo miseruordia tua, & veritas tua usque ad nubes. Nubes sunt predicatorum, inquit : per has nubes tonat, minatur Deus, coruscet, quando miracula facit, & irrigat per verbi pluviam. Et Vir quidem Apostolicus, cui propositum erat non modò Evangelium prædicare, sed ex Evangelicorum effatorum præscripto vivere, acquiescebat haud gravatè aliorum voluntati, extra peccatum tamen, extraque ea quæ cum perfectione Christiani officii minùs congruerent, etiamsi inde aliquid in se incommodi redundaret : totumque se esse Dei non suum, tum semper aliàs declaravit, tum insigniter, dum invitatus à civibus urbis cujusdam, ad stas Adventus & Quadragesimæ conciones, rejectus est deinde, suscepto alio : excusantibus iis aliquid, quod ad humana potiùs, quàm ad divina pertineret. Interea paratas habebat conciones Vir Dei : verùm, ut cuncta in Deo spectabat, eque Dei nutu pendeat assidue, nihil

Z 3

eâ

(a) Cap. 7. (b) In Psal. 35.

358 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
eâ hominum levitate commotus est: contra, per-
humaniter compellans eos qui ad se præclarâ de
causâ legati erant, iturum se dum civibus liberet,
professus est. Gratianopolitani sapientiùs sibi
consuluerunt: nam cum increbresceret in dies ru-
mor de præstantiâ tanti Ecclesiastæ, deque fructu
qui ex concionibus ejus existeret, constituerunt
tantum Virum ad se accersere, ad suam ipsorum
utilitatem. Ergo legant ad eum opportunè Sena-
tores è supremâ Curiâ duos: iis pollicitus est ad-
futurum se, ad sequentis Quadragesimæ concio-
nes habendas. Quoniam autem hæretici in urbe
permulti erant, tractandas sibi putavit quæstiones
de fide controversas: proinde ipso die Cineratio-
rum sic orsus est: *En, in cathedra veritatis consisto: ve-
ritatem annuntiabo, quicquid erit: nec me res ulla detur-
bit, ab eâ in omni simplicitate & sinceritate propalanda:
quod si faxim aiter, tum adhareat lingua mea faucibus
meis, sic ut mutus fiam.* Atque hoc exordio, sancto
Spiritu audientium corda commovente, non in
orthodoxorû modò, sed etiam in hæreticorum a-
nimos insinuavit se Orator: utrique appetere len-
tim familiarem illius consuetudinem: utrique tan-
tam virtutem suspicere: omnes dare operam è su-
periore loco dicenti. Hinc brevè heterodoxorum
complurium ad Ecclesiam transmigratio: hinc
passim conformatio morum in melius: ut illustri
Doctor quidam in confertâ turbâ, dum dimissa
concione quisque discedebat, dixerit mirans; *Es-
is demum perfectus & Ecclesiastes & Theologus: nihil mi-
rum si fructus tam uberes ex ejus oratione existunt: quippe
morû sanctimoniam cum doctrinæ veritate conjungit: quic-*
quid

quid docet intelligit apprimè, actione autem & factis repræsentat melius : quæ verò a nobis dicuntur, prosunt parùm : verbum enim Dei prædicamus sine sensu pietatis : ac sæpenu-merò quæ proponimus aliis, minùs intelligimus ipsi. Addere potuit, evenire sæpe, ut dum tractantur ab Ecclesiasticis argumenta, quæ non satùs intelligentiâ comprehensa habent ipsi ; multò minùs in iisdem actio verbis respondeat. Egregiè utique S. Augustinus : (c) *Eadem Scriptura cum bene intelligitur, sæcundat pectora piorum atque fidelium; cum verò malè, pluit super peccatores laqueos, ex Psalmographi oraculo.*

Dominus certè dedit benedictionem voci servi sui, tum ferè semper aliàs, tum maximè per id tempus incitans Franciscum Bonniùm, Ducem Esdiguierium, ad fidem orthodoxam capeffendâ, postquam cum sancto Ecclesiaste egerat aliquoties privatim, publicè è sacro suggestu audierat verba facientem : nam cùm suas in fide dubitationes cum eo contulisset frequens, ab eodèmq; lucem haussisset ad dispiciendum verum, fecit tandem quod optabat tota Gallia orthodoxa, hæretici horrebant, ut desertis perfugis, ad sanctam Ecclesiam sese reciperet. Hinc illæ querelæ Ministrorum, qui ereptam sibi talem prædam ingemiscentes, ad artem familiarem conversi sunt, hoc est, ad calumniam, conversum illum leviratis insimulantes, addentèsque illum à se discessisse, quòd ita poscebant privata rationes. Quæ ubi ad bellatorem illum (post Regii stabuli Comes fuit) delata sunt, contemptim, ut oportuit, elusit futiles illas deblaterationes, utque declararet quanti tan-

Z 4

dem

(c) In Psalm. 10.

360 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
dem faceret Gebennensem Episcopum, effecit
pud Cellissimum Ducem Sabaudia, uti cum bona
ejus venia, etiam proximæ Quadragesimæ concien-
nes haberet ibidē idē Episcopus. Atq; hīc efferant
Ministri Calvinistici, priscorum Pharisaorum, ac
Legis Doctorum exemplo, nihil non moliti sunt,
ut si quo modo fieri posset, exosum sibi Ecclesia-
sten aut in sermone caperent, aut in moribus pec-
care aliquid ostenderent: verum, utrumque fru-
stra: doctrina quippe sana erat, mores omni ex
parte inculpati. Ita, quod unum poterant, scie-
bantque, ad contumelias verborum versi sunt, ele-
vandæ Ecclesiastæ vel peritiæ, vel virtuti. Sed, *se-
gitta parvulorum factæ sunt plaga eorum.* (d) Ecclesia-
stes autem immoto animo cuncta despiciens, pre-
ces ad Dominum Deum frequens eorum causam
fundebat. Ceterum, quod ad orthodoxos attinet,
Domino cooperante, & sermonem confirmante
famuli sui, ubi abundaverat peccatum, morumque
licentia, ibi efflorescere mirum in modum cepit
sensus Christianæ pietatis.

Vix autem ad oves suas redierat Pastor sanctus
bonus, cum in morbum letalem incidit Philippus
Coëxius, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ, in ea-
demque magnus Pœnitentiarius, vulgò, Dominus
à S. Catharina, quo Confessario Episcopus ipse
utebatur. Et quoniam illum maximi faciebat ob
singularem virtutem, instituit pro vitâ ei proroga-
dâ preces ad Deum fundere, sanè incensas: verum,
agnovit cælitus, aliter eidem Domino Deo videri
proinde, ægrum haud diutiùs in vitâ mortali futu-
rum.

(d) *Psal.* 63.

rum, quod ipsum ejus germano fratri indicavit, Claudio Ludovico Nicolao Coëxio, Priori Tallorenti, de quo supra. Didici, inquit, ex Deo meo, constitutum sibi esse educere ex hac vitâ germanum tuum: dolores autem quos perferi in morbo, ipsi pro Purgatorio futurâ: tu cave rem evulges. Ac vicissim æger fratrem hunc suum sub extremos vitæ dies compellans, De Illustrissimo Gebennensi hæc accipe, inquit, à fratre mox à te discussuro: Vir est singulari sanctimonia: ad castimoniam quod attinet, perinde de illo æstima, atque de S. Ioanne Baptista: ad paupertatem demissionemque animi, perinde atque de S. Carolo Borromæo. Addi potest, fuisse Episcopum eundem, amicum fidum profus: eo quidem in morbo sic Confessario suo adfuit, ut perstudiosè, ac per diligentem eum ad felicem è vitâ exitum comparaverit: illius autem mors tam ipsi acerba accidit, ut ex ipsius pectore verba hæc elicerit, quæ etiam in chartam effudit: *Judicia tua adoro, Pater providentissime, nihil scrutans: iisdem acquiesco penitus, & jam nunc amplector, quæcunque consecutura sunt ex ipsis. Omnia sanè nobis Deus adimat, dum ne ipse recedat à nobis: an non omnia in illo habemus? equidem illud agnosco & fateor, me ex hoc casu, opinione meâ majorem dolorem cepisse: in eâ tamen morte retractandâ, deprehendo in animo meo suavitatem quandam, ad sensum usque pertinentem, dum in divinâ Providentiâ acquiesco: unde oblectatio mentis ingens, etiâ in illâ acerbitate, atque in rebus aliis quibuslibet adversis, quæ exercitam habere hominum vitam solent. Et verò ita est: Sicut stellas in cælo non extinguit*

tinguit

362 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
tinguit nox, Inquit S. Augustinus, (e) sic mentes fidelium, inhaerentes firmamento Scripturae, non vincit iniquitas. (e) In Psal. 93.

CAPUT VII.

Lutetiam extremum proficiscitur: ibi ipsi mirum in modum applauditur.

QUæ hedera umbrâ suâ Jonam Prophetam protexit, sub una nocte nata est, & sub una nocte perit: (a) quæ laurus triumphantium capita cingebat, sæpenumerò in ipsâ triumphorum pompa exaruit: animalia quædam dicuntur esse, quorum vita non ultra unum diem prorogetur: plantæ itè quædam intra Solis diurnum cursum unum oriuntur & occidunt. Sunt hæ, videlicet, imagines inanis gloriolæ, quam homines hominibus tribuunt, quàmque vicissim alii ab aliis accipiunt in hac vitâ: una gloria Sanctorum talis est, ut quamvis nonnunquam illam aut perversorum hominum iniquitas, aut turbidi malevolarum mentium motus, aut calumniarum nubila obscurent ad aliquod temporis intervallum, existat tamen deinde tanquam ex iis nubibus illustrior, cum splendore qui nunquam Intereat: *Iustus enim quasi fundamentum sempiternum.* (b) Id adeò comprobatur in fama atque existimatione Viri Dei: dum iis in curis tempus tam præclare occupat, ecce tibi incogitanti defertur illustris procuratio à Celsissimo Duce Sabaudia, comitandi in Galliam Mauritium, Eminentissimè

(a) Iona 4. (b) Prov. 10.

mentissimum Cardinalem Sabaudum, Parisios proficiscentem, ad jungendum connubium Christianæ Franciæ, filiæ Henrici IV, Galliarum & Navarræ Regis, cum Victore Amedæo ejusdem Cardinalis germano fratre, Principe Pedemontii. Vix Lutetiam pervenerat, cum rogatur à R. R. Patribus Oratorii, ut in Templo suo festâ luce S. Martini verba faciat ad populum. Cùm annuisset, tanta convênit auditorum multitudo, ut aditu omni ad Templi januam præcluso, in suggestum inducendus fuerit per fenestram. Aderant Rex, Regina duæ, Cardinales aliquot, Episcopi complures, tum flos omnis virorum seminarumque è Regno toto. Silentium continuò factum ingens, attentio singularis: mira enim erat expectatio de futurâ concione. At servus Dei, cùm ejus menti illud Psalmographi (c) derepentè objectum esset, *Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas;* consultò, post salutationem Angelicam recitatam de more, narrationem prolixam de Vita S. Martini instituit, nullâ penè admixtâ orationis exornatione. Nimirum unde alii crescere student, & exercuciando sese, humanæ gloriæ velificari, infidelis servus Dei ruborem & aspernationem sui secutus est: quod cùm advertisset femina nobilis ex earum numero quæ ipsi confiteri solebant, continere se non potuit, quin apud ipsum expostularer, non id tulisse locum, non tempus cautata. At Franciscus subridens, solitòque lætior, *Et nescis, inquit, cujas sim? num ex montana arbore fructus exquisitiores expectare debueras?*

Non

(c) *Psal. 118.*

Non tamen id affecutus est Episcopus, quod sibi proposuerat, ut in hominum contemptum veniret: contra, comprobatum planè in ipso tunc est oraculum Domini, (d) *Qui se humiliat, exaltabitur.* Alii ex aliis ipsum ad conciones variis locis habendas invitabant certatim: Calendis Januarii dixit apud Regem Christianissimum: Quadragesimali autem tempore, Ecclesiam egit ad S. Andreae Artium, ingenti planè coronæ frequentia: singularis enim erat veneratio tum eloquentiæ, tum vel maxime sanctimoniam morum Gebennensis Episcopi. Ad ejus autem domicilium concursus perpetuus, consulentium, dubitationes proponentium variis de rebus, consolationis aliquid in suis ærumnis poscentium. Domus nulla erat privata, Cœnobium nullum, quin certatim eum ad se inviteret, corporum mentiumque morbis abigendis jam tum erant, qui aliquid è veste decerperent, qui sanguinis guttas requirerent, qui capillos, aut aliquid quo usus esset: neque ferè sua spes eos frustrabatur. *Ejus conversatio non habebat amaritudinem: ejus consuetudo, officiosa domorum aditio, sacræ conciones similes erant nubium earum, de quibus sacræ literæ, quæ fecundum imbrem verbi Dei spargerent in fidelium animos, eo fructu excipientium, ut ipsi præadeuntium assiduitate quietis partem nullam capere liceret: adeò, ut cum ter quatuorve in die diceret ad populum, exhaustus viribus, de suâ sorte deplorarit: Tam multi ad me accurrunt, de modo famulandi Domino Deo procontantes, ut vix ac ne vix quidem par audire*

d) Matth. 18.

dis omnibus esse possim: juvate me vestris precibus: nam ad ardorem quidem eos juvandi quod attinet, is opinione major est; sed tam multi filii spirituales sugunt ubera mea, ut nisi me Deus sustentaret, vires profus amissurus sim. Et verò in morbum incidit ex illa defatigatione contractum: sed tamen nihilò secius ad eum itabatur, tum aliorum negotiorum causa, tum eorum maximè quæ ad officium pertinebant, & ad mentium rationes: cùmque urgere- tur à suis, ut id commercii tantisper abrumpe- ret, tam adversum valetudini; Animum, ajebat, inducere nequeam ad ablegandos proximos, quorum tanta caritate teneor, antequam ipsis latisfecerim recudendus sim, ut id audeam. Et verò anni decem aut ad vitam additi, aut de vita detracti, putandi pro nihilo: iis in rebus agere vitam oportet propositam laborum generi cui- libet, quandoquidem filii laborum mortisque JESU Christi sumus. Parem in modum respon- dit cuidam singularis virtutis Viro, precanti ab eo uti reputaret secum, tot concionibus ad alios la- bores additis, valetudinem oppressum iri; Quòd me vertam, inquit, mi Pater? Ita hocce cor meum comparatum est, ut nihil negare poscenti proximo queat: malo concione in habere, quàm repulsâ contristare quemquam. Et verò, cùm aliquando horis pomeridianis diù quadrigam ex- pectasset, quâ usurus erat ad eundem eò, ubi con- cionem erat habiturus, excusavit benignè, quòd non illò se contulisset pedes; prohibitum planè se fuisse,

Mini-

Minister quidam (Germanus is erat: Philippus Jacob nomen fuit) seu Calvinisticus, seu Lutheranus, nuncium se cetera remiserat recens, & ad sanctam Ecclesiam redierat. Is turbidus ad Franciscum adit, & ad primam congressionem audacter, Quod hictu, inquit, Domine Illustrissime? Oves tuas absente, ut habent? Episcoporum residentia iure divini est, an humani? Fruuntne nunc miracula, proinde atque in primitiva Ecclesia fiebant? aliaque huius generis percontans, Episcopum horas ipsas duas distinuit. Respondebat ad singula Vir benignus tantâ comitate, ut humilitate atque modestiâ flexerit temerarii hominis arrogantiam; successum tam felici, ut eum in Ecclesia Catholica retinuerit: fallus est enim deinde, sibi scrupulos huiusmodi adhuc superfuisse, ut in recta fide Neophytus eraret, atque adeo propositum sibi fuisse posterâ die redire Carentonium: (locus est Synagoga Calvinisticæ ad Lutetiam) verum, quæ Domino Deo esset gratia, ejus operâ discussam caliginem illam esse, & laqueum contritum. Ceterum, ad residentiam illam quod attinet, dubitandum neutiquam est, quin quæ divina Providentia olim S. Joannem Baptistam; post, Maudonium, solitarii quoque alios aliquot impulit ad adeundam Aulam, & ad loquendum de testimoniis Dei in conspectu Regum, eadem egerit Gebennensem Episcopum ad suscipiendâ itinera Lutetiam, & ad versandum aliquandiu in Aula, Et quidem tanta erat Aulici nostri modestiâ, animi demissio, pietas, ut virtutum earundem studium injiceret etiam iis, qui ab eisdem alienissimè prius fuerant; unde vox illa, Alexandri Vindoci-

ni, Magni Prioris Franciæ, Ordinis Equitum Meliten-
 tensium; Episcopum Gebennensem conchylium
 esse, quod Divinitatis gemmam contineret: Fro-
 gerii autem, Parochi S. Nicolai à Carduele, se, quo-
 ties Dominum JESUM in terris versantem ani-
 mo sibi & cogitatione vellet depingere, objicere
 solere facultati efformatrici imaginum, Episco-
 pum Gebennensem, tanquam effigiem illius Ser-
 vatoris mortalium: tanta, ajebat, ejus est mansue-
 tudo, suavitas, prudentia, animi demissio; uno
 verbo, virtutum seges univrsarum.

Ex illa autem tanta opinione applausuque bo-
 norum omnium factum est, ut Archiepiscopus Pa-
 risiensis, Cardinalis Retensis, Regii Consilii Prin-
 ceptus, oculos in Franciscum conjecerit, tanquam in
 meritissimum successorem, atque adeò conditio-
 nem detulerit ei, sanè magnificam, ut Coadjuto-
 ris nomine, cum futura successione, Archiepisco-
 patum administraret: pensaturum se quotannis,
 ex ejusdem Archiepiscopatus redditibus, libras Gal-
 licas vicesies mille, unde honestè dignitatem suam
 tueretur: ac præterea curaturum suis sumptibus,
 un Episcopatus Gebennensis in germanum Fran-
 cisci fratrem legitimè transferretur. At Vir verè
 humilis, gratis prolixè actis tam honorifica, tam-
 que ampla deferenti, excusavit de cetero vitium
 imbecillitatem, quæ imminuerentur in dies; præ-
 terea, non existimare se, posse à se destitui Episco-
 patum, quem primum capessivisset: omnia officia
 isti gregi suo à se deberi. De re autem tota sic ipse
 ad quendam ex familiaribus: Ut me hesternæ,
 die delectavit animus meus, dum me intueri,

Qui-

„ quidem voluit ea quæ mihi ad dignitatem sub-
 „ limia deferebat Eminentissimus Cardinalis Re-
 „ tensis! tunc enim non illa pluris fecit, quam si
 „ in extremo vitæ articulo versatus essem, quo
 „ momento cuncta istius generis non pluris fuerat,
 „ quam fumus exiguus. Ad aliū autē per episto-
 „ lam: Audio agi de me evehendo, tum Roma-
 „ tum Lutetiæ: id verò me angit, quoniam utro-
 „ bique obtenditur divina gloria major: absque
 „ ea, nulla profectò in me fiet statūs mutatio. Si
 „ Episcopatum hunc meum dimiserō, non me utri-
 „ que altero oneravero: malim enim liber esse ab
 „ iis dignitatibus, ut in Cruce Domini mei respi-
 „ rem commodiùs. Fieri verò possit, ut post qua-
 „ seriam cogitationem instituimus de pulcritu-
 „ dine, opportunitate, longitudine æternitatis
 „ Dei, inani istarum rerum fulgore moveri possi-
 „ mus? Omnino, una Dei veritas mihi diligenda,
 „ quæ in hac mente aspernationem ingenerat re-
 „ rum omnium quæ cernuntur in terris: etenim,
 „ quæ sit ipsi gratiarum actio, me ab ipso, propter
 „ ipsum, inque ipso existere agnosco: quare nec
 „ fui unquam, nec ero, quandiu lux ista è caelo ab-
 „ fulgebit, fortunæ filius: dum verò agetur Do-
 „ mini Dei obsequium, nunquam repugnabo.

Antequam autem Lutetiã discederet, volens
 Dominus Deus munerari labores, quos eo loco
 ipse causa exantlaverat, id ei consolationis im-
 pertitus est, ut Moniales Visitationis ibidem con-
 stitueret, hoc est, Ordinis à se instituti recens. Eum
 in rem Sacrum fecit, sanctissimūque JESU
 Christi Corpus adorandum proposuit Calendis
 Maji.

Maji, anni MDCXIX. tum sub ineuntem Septembrem recepit se ad suos. Parisini verò abeuntem hoc elogio prosequi potuerunt: (c) Ille Vir misericordiae est, cujus pietates non defuerunt. Sapientiam ejus narrant populi; & laus ejus in Ecclesia Sanctorum. (f)

(d) Ecclesiastic. 44. (f) Psal. 149.

CAPUT VIII.

*Post discessum, Lutetia calumniâ afficitur:
Capitulo PP. Fuliensium, mandante Summo Pontifice, praest: discessum è vitâ praesentit.*

UT Fides, sic èt Innocentia habet Martyres suos; atque, ut præclare tradit S. Augustinus, Neminem prudenter putare debere, quòd minus periculum sit in verbis, lingua mentiendo, quàm in manibus sanguinem effundendo; sic dici queat, saepenumero non minoris virtutis esse, calumniae tela ferre fortiter, quàm cruciatuum diritates ab immanibus tyrannis perferre æquo animo. Recipiebat se ad suos Episcopus, onustus, ut ita dicam, palmis trophæisque factorum illustriam: & vix Anecium tenuit, cum, ut conformaretur aptius imagini filii Dei, discit exortam procellam Lutetia adversus existimationem sui nominis, & immerito scilicet. Insimulatus est à consanguineis feminae cujusdam opulentæ, quasi ipso auctore & tuasore nupisset contra sententiam voluntatèque propinquorum, quorum privatae rationes aliud poscebant. Hinc obretractio vehemens, talisque, ut laudes eæ tantæ, quas in

A a

Geben-

Gebennensem Episcopum faustus rumor, populique acclamatio contulerat, continuò in expostulationes probræque transierint, unde famam illam existimationemque corrumpere homines temerariè malevoli nitebantur. At is præclare sibi conscius, de te totâ ad familiarium quendam scripsit

» hunc in modum, post præmissa quædam : Hæc
 » ego ad te scripsi paulò pleniùs, Vir honorate,
 » non quòd me magnoperè commoveat censura
 » illa iniquior, probrave quæ in me conjieuntur;
 » quandoquidem coram Domino Deo nullus
 » me hîc culpæ affinem agnosco. Doleo tamen
 » eò usque perturbationes animorum processisse,
 » in re quæ me tam parùm commoverit, ac studiorum
 » clarorum Virorum illorum adjungere mihi de
 » nuo pervelim; quòd id poscere ministerii mei
 » rationes videantur: id si assequi minùs poterò,
 » pergam porrò *per infamiam & bonam famam, ut*
 » *seductor & verax*; neque enim plus vitæ aut existima
 » tionis concupisco, quàm Domino Deo vi
 » deatur. Totam hanc procellam reliqui divina
 » Providentiæ: stare pergant venti, an ponant, il
 » lius arbitrii est: ego uno eodémque oculo tem
 » pestatem tranquillitatémque respiciam: confi
 » do tamen, fore, ut qui corda scrutatur fidelium,
 » innocentiam meam declaret aliquando; diè que
 » subsequentes judicent de iis qui antecesserint,
 » ultimus de omnibus.

Advênit intereà Anecium Joannes Franciscus Salesius, illius cujus Vitam scribimus, germanus frater, Episcopus Chalcedonensis recens Taurini consecratus; de Serenissimorum Principum sententia,

tentia, Coadjutor cum futurâ successione Francisci nostri. Adulta jam nox erat; aura haud sanè commoda: perrexit tamen fratri obviam frater, ad portam usque civitatis: utque populo facem præluceret observantiæ, quâ prosequi Episcopos quique suos fideles debent, locum honoratiorem semper illi detulit: neque id modò, sed etiam voluit proximam Ordinationem ab eò rite peragi, consecrari Altaria, cerimoniam celebrari usurpari cœptam in Sanctorum Reliquiis transferendis: nam proximâ æstate Reliquiæ S. Germani, T. Illorensis olim Anachoritæ ex Ordine S. Benedicti, ex cella Aediculæ Eremiti in qua extremos ætatis annos exegerat, translata, inclusæ sunt, augustâ pompâ, in ara principe Aediculæ ejusdem. Et quoniam ducenda erat supplicatio, ut pluvium cælum erat, Franciscus sublatis ingenti fiducia oculis in cælum, *Dabit id nobis Dominus*, inquit, *ut pluere desinat*. Nec mora, ad vocem novi Eliæ serenatum cælum est, nec imber ultra stillavit. Ubi terminata supplicatio, suggestum conscendit continuò, dixitque ad circumstantem populum, de observantia sanctis Cœlitibus debita, propriè S. Germano: de rituprimitivæ Ecclesiæ in Canonizatione Sanctorum, de ejusdè Ecclesiæ Statutis & Decretis, quàmque eà aptè cum rectâ ratione consentiant. Tum secessus illius sicrum amœnissimum contemplans, *Hic habitem oportet* inquit, *aliquandiu, ut interquiescam, si Domino Deo placebit, pondere diei & æstus in Coadjutorem nostrum rejecto tantisper*. Sed aliter visum Domino: JESUS qui in mortali vitâ labores afflictationesque sibi sumpserat, isti suo sequaci quietem in cœ-

372 VITÆ B. FRANCISCI SALĒSII
lo maturavit. Dum hæc animo volveret, mandatum
Gregorius XV. Summus Pontifex, Pignerolium se
conferat, ad Alpium radices, generali PP. Fulien-
si Capitulo præfuturus. Obtemperavit conti-
nuò Vir Sedis Pontificiæ observatissimus, per-
rexitque quò ut jubebatur: eo loco & bonita-
tem singularem, & constantissimam assiduitatem
semper adhibuit, tanquam laboris sensus experi-
esset, sanctorum Angelorum instar. Quæ propo-
nebantur dubitationes, dissolvebat tam appolite,
ut in eo quisque vel talenta naturæ, vel gratiæ do-
na suspiceret, tam parùm interim memor sui, ut ac-
colici quidem dolores, acres licèt, ab illâ assiduitate
deducere eum potuerint. Diebus Dominicis
festisque, per æstum torrentissimum, invitatus ab
Nuncio Apostolico Sabaudia, & à Generali Vica-
rio Illustrissimi Episcopi rogatus, Ordines Mino-
res, Confirmationisque Sacramentum confere-
bat, & audiebat confessiones tantâ multitudine
confluente, ut aliquando deliquium passus, in gra-
ve discrimen venerit: verùm, ubi vires redierant,
ad id ipsum rediit quod instituerat. Ita occupatio-
nis unius finis, alius erat initium: orari enim
ætuosus Præsul nesciebat.

Re ex omnium sententiâ peractâ, ut Sabaudis
Principibus satisfaceret, Taurinum perreçurus, à
Principe Pedemontanâ lectissimâ feminâ, quæ
Franciscum unicè colebat, rogatus est uti domi-
cilio sanè magnifico, quod tantum hospitem præ-
stolabatur. At non ex famuli Dei gustu domus
fuit: malebat videlicet habitare in foraminibus petre,
in cavernâ maceria, hoc est, in Vulneribus Christi
JESU.

JESU, quàm in Regum palatiis; notâque appri-
 mē, nos non habere hic civitatem manentem, sed futuram
 inquirere: (a) nec eum latebat, quod est à S. Bernar-
 do observatum, Cainum, qui primus civitatem in
 terris condiderit, caelesti patria excidisse: objurga-
 tum fuisse S. Petrum, qui cùm peregrinus esset in
 terris, appetierit tamen Tabernaculum, in Thabor
 montis vertice: cùm militia sit vita hominis super
 terram, tabernaculis tantùm opus esse, non domi-
 bus magnificis: Dominum JESUM denique in æ-
 dibus Principum, Judicum, magnatum, proposi-
 tum fuisse contemptui, ludibrio, contumeliis, in
 stabulo autem eundem & lac suavissimum matris
 virginis hausisse, & Regum clientium munera ex-
 cepisse. Proinde repudiatâ magnificâ illâ domo,
 instittit vehementer ab eâ, cujus jussu tota ea pom-
 pa adornata erat, ejuscum bona venia liceret sibi
 divertere ad PP. Fulientium Cœnobium. Cùm dif-
 sentire ausa non esset pia Princeps, voti compos
 adit ad dilectam sibi domum: verùm, cùm nimia
 angustia illius essent, assignata cellula est Viro Dei
 sic à radiis solis calens, quibus exposita erat, ut pro
 cubano potiùs, quàm pro cubiculo esse videretur.
 Ea verò seges tolerantia sic Viro Dei placuit, ut
 invitatus deinde suppliciter, ad mutandum, addu-
 ci nunquam potuerit ut id faceret, etiam si ex loci
 incommoditate febrem gravem contraxisset, quæ
 plures hebdomades tenuit. Ex eâ utcunque recrea-
 tus, facultatem petiit ab illa ipsa, à qua tanti fiebat,
 Diœceleos repetendæ: cùm impetrasset, in dis-
 cessu donatus ab eadem Principe est annulo ma-
 gni pretii, quem illico vendere constituit in usus
 (a) Heb. 13. A a 3 pau-

374 VIYÆ B. FRANCISCI SALESII
pauperum; quin etiam amicorum cuidam signifi-
cavit, constitutum sibi esse vendere baculum pa-
storalem, vasa, vestes, & quicquid erat supelle-
tilis ad sublevandam egestatem pauperum Diœce-
seos, in quos tunc pestilens morbus sæviebat. In
itinere, illud accidit sanè memorabile, & unde æ-
stimari de tanti Viri virtute queat. Orta rixa facta
gravis erat in diversorio inter Sacerdotem, qui E-
piscopi elemosynis præerat, & cauponem; quod
hic illius absentis reculas sustulerat ex cubiculo
jam assignato, transtuleratque in aliud: id indignè
ferens Sacerdos, instabat clamitans, sarcinæ eodem
referrentur, unde ablatae fuerant. Supervenit Epi-
scopus, excitus ad clamorè, & Quidnam tandem
rei esset? percontatus; postquam Sacerdos facti
indignitatem exaggeraverat scilicet, Quid, inquit
Episcopus, Sacerdotem compellans, non memini-
sti illud Christi Servatoris: (b) *Ei qui vult tunicam
tuam tollere, dimitte ei et pallium?* Sanè quod suadebat
alteri, id haud ægiè fecisset, ut dimitteret vestes;
quandoquidem de dimittenda vita seriò iam tuno
cogitabat. Diceres Franciscum cogitare Canticum
Simeonis, tot modulis videlicet concinendum,
quot rerum molestarum perferendarum genera
alia ex aliis occurrebant. Cupiebat nimirum dis-
solvi & esse cum Christo, quem diligebat unice, in
hæc assiduè sacri amoris suspiria erumpens: *in hoc
mea ferè cogitationes versentur, ut comparem me ad lon-
gum iter eternitatis, dum canetur receptui. Nihil deinceps
in hoc terrarum orbe video, quod latitiam afferre mihi pos-
sit: cælum tantùm cogito, imaginem mortis IESU perlu-
bentè*

(b) Matt. 5.

*benter in corpore meo circumferens, ut et vita IESV clari-
 rius in me per cruciatus manifestetur.* Sanè dolores
 peracres aliquantò ante obitum fuerunt: illius paci-
 entiam præcipuè exercuit tumor enatus in cruribus,
 quem quidem tamen unà cum assidua molestia in-
 de proficiscente diù pressit silentio, vultu semper
 eodem operam dans negotiis occurrentibus. Quo-
 tidie horas ponebat aliquot in instituendo Coad-
 jutore ac fratre germano, cum illo in cubiculo ab-
 ditus: tum alia ad tantum ministerium rite ob-
 eundum tradebat, tum explicabat quæstiones
 Theologicas illas, in quibus plus difficultatis in-
 erat: *Illum enim, agebat, oportet crescere, me autem mi-
 nuui.* Accedebat, quòd cum maximè esse putaret è
 divina gloria, ut successorem quàm eruditissimum
 relinqueret ad animarum utilitates, nulli labori
 parcendum sibi putabat, quò in rem tam præcla-
 ram quod suum erat conferret pro viribus, vel cù
 vitæ ipsius dispendio. Proinde si ex Principe Me-
 dicorum, (c) *Morbus letalis est, in quo somnus laborem
 facit;* non mirum si brevè cessit è vitâ Præsul noster,
 quando in ipsa corporis invaletudine, inque tot
 laboribus quos ex caritate suscipiebat, somnum
 ablegabat, & aliam quamcunque levationem.

(c) Hippocr. Aphorism.

CAPUT IX.

*Testamentum condit: confert se Avenionem:
 Lugduni in morbum incidit.*

(I) *Iuxta Jure Civili, (a) Episcopus potest se intrmittere
 ad executionem piarum voluntatum defuncti, æquum*

A a 4 vicif-

(a) l. 28. Cod. de Episcopis & Clericis.

376 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
vicissim esse videatur, ut Testamentum reveren-
mur Episcopi istius, cuius vita obitusque scatur
documentis caritatis sanè sublimibus, & illustrissi-
mis functionibus pietatis. Videlicet servus Dei ob
extremum vitæ tempus, quo se fruiturum brevi
sperabat sanctorum Angelorum consortio, ac
multò magis sempiterna & beata cum Deo su-
copulatione; ad eum modum se adhibuit, quos
inanimæ in motu solent, quæ quò ad centrum ap-
propinquant magis, eò celerius rapidiusque ad
illud ferri dicuntur. Suspirium nullum erat, quod
non in Deum tenderet; nullum momentum tem-
poris, quod non in rebus ad ipsius gloriam perti-
nentibus occuparet: quâ quidem mentis inductio-
ne delectatus Dominus, affatim suppeditebat, ubi
operam suam vigil famulus fructuosè collocaret.
Cùm mandatum à Cellissimo Duce Sabaudia ac-
cepisset, ad se Avenionem veniendi; dissuasere
amici vehementer: tanta erat jam tum afflicto-
rum virium imbecillitas, tam crebræ morbosæ
tentationes; sed impedire non potuerunt quin
iret Vir solitus pridem *ambulare in medio umbrae me-
tis*, eodem & vultu & animo, quo in robore ætatis,
& tempore maximè florenti. Eundem, inquit, quò
vocamur, faciendumque ut totos nos permittamus
Providentiæ: tametsi mihi persuadeo fore, ut non ultra
nos revisamus. Id cùm Viro Dei persuasissimum el-
set, Testamentum condidit: hæc ex illo excerpta.

» Corpus meum humari volo in Ecclesia Ca-
» thedrali mea, siquidem Gebennæ sacra de morte
» sanctissimæ, & unicæ veræ Religionis Catholi-
» cæ Apostolicæ Romanæ, restituta fuerint quo
tem

tempore è vitâ decedam: sin, in media Ecclesia “
 Visitationis, à nobis Aneci consecrata. Cùm “
 que ex intimâ mente pias Ecclesiæ ceremonias “
 approbem, statuo cereos tredecim accensos fer- “
 ri, collocarique circa corpus meum, nullis aliis “
 nisi nominis JESU stemmatis; quò planum fa- “
 ciam complecti me ex animo fidem à sanctis A- “
 postolis annunciatam. Aliud de verò, cùm dete- “
 ster quicquid vanum & superfluum humanus “
 spiritus in factas ceremonias invexit; prohibeo “
 quâ possum expressissimè, ne ulli prætereà cerei, “
 faces ullæ ad fanus meum adhibeantur: præcipio “
 heredibus meis, ne quid addant prætereà; ab a- “
 micis autem meis, consanguineisque postulo, ut “
 pietatem suam transferant ad preces, ad elec- “
 mosynas, ad Missas mihi accurandas.

Tum amicis, Canonicisque suis vale dicens, si-
 gnificavit non obscure, quod iter suscipiebat, vitâ
 sibi staturum; obtestans vehementer, ut preces suâ
 causâ ad Deum funderent; nam ubi primùm, dixit,
audieritis me agrotare, pro certo habetote, fore, ut jam tunc
è vitâ discesserim. Precatus ipsum illud est qua die
 profectus est, Missæ Sacrificio peracto in Æde sa-
 cra Monialium S. Mariæ, extremum illud vale sua
 benedictione consignans: dono item ipsis dedit
 Casulam haud exigui pretii: & munus verbis ex-
 ornans, qualibus consueverat, hoc est, mentis pla-
 nè in divina Providentia acquiescentis, *Si visum*
Domino Deo erit, inquit, *ut non in terris ultra inter nos*
revisamus, filia in Christo carissima, revisemus in cælo. Ita-
 que idem proportionem famulo Dei contigit, quod

378 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
olim Doctōri Gentium, (b) dum lustratis maximā
partem, Asiæ Græciæque urbibus, demum Mile-
tum accersivit majores natu Ecclesiæ Ephesinæ,
extremū eos salutaturus, significaturūque scire
se, quia amplius non essent visuri faciem suam. Ut enim
tunc fletus obortus est omnium, procumbentium
super collum Pauli, osculantium eum, dolentium-
que maximè in verbo quod dixerat, quoniam am-
plius faciem ejus non essent visuri; sic extrema il-
la verba Salesii populum Clerūque suum valere
jubentis, tanquam telum penetrabile imprimis,
plurimorum corda incredibili dolore sauciavit,
non tantū Monialium Visitationis, quas dilige-
bat tantoperè, sed etiam Illustrissimi Episcopi
Chalcedonensis, populique totius. Perfusi lacrimis
abeuntem persecuti sunt Sesselium usque (pago
nomen est, leucas circiter quatuor distantis Ane-
cio) primarii cives omnes: atque eo loco inter co-
plorantium ejulatus & clamores, ultimū cunctis
benedixit, tum Rhodano se commisit, flante ar-
citer Boreā, unde penè frigore eneetus est. Ubi
Burgum pervēnit, (oppidum est Avenione leucas
duas distans) adfuere cives, exceptūque perho-
norificè, reluctantem deduxere in Aedem princi-
pem: ibi Hymnus gratiarum actionis decantatus:
quod exemplū secuti Avenionenses, nullo nō præ-
tereā honoris genere quanti ipsum facerent, testa-
tum esse voluerunt. Conferta turba acclamabat,
adesse sanctū Episcopum Gebennensem, dilectū
Deo, & hominibus: præclare porro secum agi, qui-
bus talem tantūque Virum liceret intueri. Cetero-
rum,

b) Act. 20.

rùm, cùm Avenione Ducem non reperisset, cujus causâ venerat, redeundum Lugdunum fuit, quâ jam transierat, unâ cum Principe Pedemontano, relictis tum locis aliis, tum in hospitibus in quibus diversandum fuit, documentis virtutis singularibus. illud haud prætereundum, quòd aliquando noctem in storeâ exegit vestitus, quòd commode lecto uterentur Religiosi quidam qui aderant; quæ caritatis significatio ipsum eò usque oblectavit, ut prædicaret se in frigidâ illâ asperâque storeâ sic noctem exegisse, ut nunquam decubuisset commodiùs. Nimirum qui vel in sentibus reputabat esse flores, dicere cum sponsâ Canticorum poterat: (c) *Lectulus noster floridus*, caritate quietem vel in illa duritie subministrante.

Tanta autem vulgò erat de ejus virtute opinio, ut cùm in eum fortuitò incidissent Germani duo nobiles, at hæretici; cognito Gebennensem Episcopum esse, *Si omnes Episcopi*, exclamavere, *istius similes essent*, *brevi fidem Catholicam profiteremur omnes*: addideruntque Lugduni, ex eadem Germaniâ complures, Franciscum Salesium à popularibus suis cum S. Hieronymo comparari, supparémque vulgò S. Augustino, S. Ambrosio, aliisque antiquæ Ecclesiæ Patribus: neque modò id ita opinari homines plebejos ac rudes, sed etiam Principes, Episcopos, Doctores, uno verbo illustrissimos quosque hujus ætatis. Id ipsum confirmavit magnoperè Lugduni, illa tam firma mentis inductio abjiciendi sese, ut cùm primarii Viri complures certatim ædes suas offerrèt, in quibus percom-

modè

(c) *Cant. 2.*

380 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
modè hospitatus fuisset; gratis prolixè a ceteris uni-
cuique invitantium, ad casulam divertit olitoris
Monasterium S. MARIE, amicis dicitans, nunquã
se diversari jucundiùs, quàm dum incommodi
aliquid ferendum occurreret: proinde mirandum
minùs, si nihil de zelo suo remittens, quamvis affli-
ctaretur, tamen audiendis confessionibus, habenda-
dis concionibus, familiaribus sermonibus confe-
rendis, ad extremum usque dederit operam, quò
nulli non satisfaceret. Dominica quidem secunda
Adventùs, cùm hortationem habiturus in col-
legio Patrum Jesuitarum esset, tamen remotior
locus erat, & crurum tumor perstabat; tamen ut
quadrigam paratam conscenderet adduci nun-
quam potuit, & consilii sui causam addens, *Quam-
verò decorum esset, inquit, Ecclesiasten de poenitentia S.
Joannis Baptiste, deque paupertate Evangelica mox dictu-
rum, quadriga invehit?*

Tenuit ea constantia ad extremos usque vitæ
dies: & pervigilio quidem Natalis Christi adhibi-
tus à Regina Maria Medicæ, Ludovici XIII ma-
tre, præfuit idem præclaræ ceremoniæ, quâ R.R.
PP. Recollecti ex S. Francisci Ordine Crucem de-
fixerunt eo loco, ubi deinceps Lugduni stabile do-
micilium collocatum habuerunt; & præclaram
hortationem habuit de eodem cælestis Regis in
terris Natali. Postridie manè, sub auroram confes-
sionem excepit Principum Pedemontanorum
conjugum, mox Sacrum illis fecit, sacrumque
JESU Christi Corpus in Eucharistiâ porrexit:
cùmque inde ad Visitationis Monasterium pec-
rexisset

rexiſſet; ſacra alia duo, de more diei facturus, Sa-
 cerdotem ſacris jam ſumptis veſtibus reperit tan-
 tum non prodeuntem ad Altare. Et ille quidem
 pro ratione officii nihil non egit apud tantum E-
 piſcopum, ſibi ut per eum liceret, ſacras veſtes po-
 nere: ſed vetuit Vir humilis, & ad tolerandum
 egregiè factus: contra jullo ſacrificare miniſtravit
 in genibus toto eo tempore, hoc eſt, quandiu Miſ-
 ſa tres tenuere: ita cum ad octavam matutinam
 advenſſet, non ante undecimam Sacrum prius
 duorum quæ faciendæ ſupererant, inchoare licuit.
 Horis autem deinceps pomeridianis ibidem ve-
 lavit ſolenni ritu virgines duas, quarum alteri re-
 velatum à S. Deipara erat, ſote, ut à Viro ſancto
 quodam ſacrum velamen acciperet. Poſtridie,
 Religioſæ familiæ toti mentem ſuam extremam
 declaravit, more ſuo de interioris vitæ inſtitutis a-
 pud eas diſputans: illud inter cetera inculcavit,
 optimam demum rationem ad perfectionem gra-
 diendi eſſe, Nihil poſtulare, nihil recuſare, ſic, ut
 mens ſemper in illud ſit intenta, ut quicquid à Su-
 perioribus præſcriptum fuerit, peragat; unum il-
 lud concupiſcendo, ut intimè Domino Deo ad-
 hæreſcerent, ad quod Regulæ, Inſtitutumque fer-
 ret affiduè. Tum benedixit illis, & extremum va-
 le dixit. Die deinceps vigefimâ ſeptimâ Decem-
 bris, S. Joanni Apoſtolo ſacrâ, debilitationem ſen-
 tiens, ad ſtantibus domeſticis, *Hebeſcit*, inquit, *ma-*
gnoperè acies oculorum: id verò indicio eſt corpus corrupti,
& aggravare animam. Sacrum tamen fecit eadem
 die, ſub meridiem. Eo peracto, obvium fortè ha-
 buit Ducem Belgardæum, cum eoque longum
 ſer-

382 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
sermonē contulit sub dio, aperto capite, per frigidū
nubilum : eundemque ad Ducem Nemorosum
deduxit ubi Franciscus, factus omnia omnibus, cau-
sam egit complurium, quos ad administrationem
Gebennensis Ducatus sui Princeps idem adhibue-
rat, & scilicet ablegare constituerat malæ fidei infe-
mulatos : sed Christianus Orator effecit tandem,
ut unumquemque Princeps retineret. Hinc im-
pransus ad Principem Pedemontanum tetendit :
coram eo capite aperto ad longum sanè interval-
lum temporis perstitit : ac tum demum post tantū
virium jam prostratarum contentionem, ad calu-
lam se se suam recipiens, famulo ocreas afferenti,
Induamus eas sanè, inquit ; *verum, haud multum iter con-*
ficiemus : post quæ pransus est leviter. A prandio,
Epistolas duas scripsit, alteram ad commendationem
Patrum Recollectorum ; alteram ad Abbatissam
Putei Orbi, quā eam in filiam adoptabat, quod
ea ab ipso flagitaverat vehementer : tertiam ordo
scribere de simili argumento quoque, interven-
erunt Religiosi complures, aliique, ipsum in discen-
su quem adornabat salutaturi, precaturique orō sibi
benediceret. Atque hanc intempestivam defatiga-
tionem excepit extrema morbi significatio : cum
enim adverterent domestici, ipsum haud assurgere
discedentibus, neque officiosè, ut solebat, de-
ducere abeuntes ; intellexerunt nimirum, vi mali
ægrum opprimi, atque adeo evicerunt, ut in lectu-
lo sine se se collocari : in illo mirabilem illam
vitam famulus Dei conclusit. Ceterum, morbum
ita tulit, ut illius ægritudines excellissimæ mentē
salutares imprimis fuerint. Ac non ausus quidem

est S. Augustinus (d) Cornelium Celsum damnare, qui malorum omnium gravissimum in corporis infirmitate collocavit: & tamen facere meritò potuisse videatur; neque enim qui careat bono non omnium maximo, non is idcirco in gravissimo malorum versatur: cumque firma valetudo, commodaque cetera, quæ ad corpus pertinent, sint bona mediocria tantum; non potest ex illorum jacturâ extremum malorum existere. Sapientiùs Gentium Doctor (e) tradit, *Virtutem in infirmitate perfici.* Quare gloriabatur fidelis famulus Dei in infirmitatibus suis, ut inhabitaret in ipso virtus Christi.

(d) Solil. c. 12. (e) 2. Cor. 12.

CAPUT X.

Morbum mors consecuta.

Quæ dolorem capitis non patimur benigne, inquit acerrimè S. Augustinus, (a) quomodo pro Christo abscissionem pateremur? qui flagellum timent, quomodo tormenta sustinerent? Omnino neutiquam ex nulla etiam mollium horumce hominum Franciscus fuit: quia totâ vitâ aliquid perpeffus est, quod haud abominabile, si fas dicere, fuerit Martyrio. Semper gravissimis laboribus exercitus est: nullam defangationem refugit: nunquam pepercit valetudinis accutit, quoties gloria Dei agebatur, aut animarum utilitas. Quod si talis vita fuit, qualem tandem mortem ejusdem fuisse censebimus? Et quidem ex Psalmographo, (b) *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus;* ex effato autem Sapientis, (c) *Non tanget illos*

(a) Lib. 3. de Claustr. (b) Psal. 115. (c) Sa. 3.

384 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
illos tormentum mortis, quod eorum animas sent in
manu Dei. Planè momentum extremum vitæ ipso-
rum mortalis, initium triumphii eorundem est,
corporisque dissolutio, ipsorum animas cum sum-
mo bono copulat, hoc est, cum Deo, quo frui iam
tunc, atque adeò beati esse incipiunt. Talis Fran-
cisii Salesii mors fuit: anima ejus utique in manu
Dei fuit, qui ad extremum usque vitæ diem ad Do-
mini Dei sui gloriam laboraverit: in morbo ipso,
quamlibet molesto atque vehementi, atque in
symptomatis apoplexiæ, quâ pridie quàm è vivis
excederet, correptus est, dicere cum sponsa Can-
tici potuit, (d) *Ego dormio* (somno enim gravissimo
corpus obruebatur) & *cor meum vigilat*, per Dei
amorem: ut enim ejusdem verbis in Theotimo
utamur, certum est ipsum ob amorem, in amorem,
atque ex amore obiisse. Nimirum, ut vitam totam
impenderat amori, ut morbum suum amori conse-
cravit; ita ex amore mortuus est. Quid amoris Dei
est ergò, & fecerit, & toleraverit in vita, abundè olle-
sum à nobis est: declarandum nunc, quid in eodem
amore in morte effecerit, ipsum videlicet non ex
amore minùs, quàm ex dolore obiisse. Laniena fuit
medentium vexatio: cauterium candens, novacula,
cantharides, sectiones, pulvisculi ad ciendam
sternutationem vehementiores, aliæque id genus
Pharmacopolarum Chirurgorumque cruciamen-
ta adhibita abundè: nec tamen unquam ager de
animi tranquillitate discessit; neque quidquam au-
fecit, aut prolocutus est impotentiùs: JESU rati-
onem & MARIÆ nomina iterabat frequens, vultu
femi-

(d) Cant. 5.

vultu semper sereno, mente placidâ : ut in illum quoque convenire videatur illud Prophetæ, (e) *Tanquam ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram condente se sine voce, sic non aperuit os suum* : quoniã sic placitum Deo esse intelligebat. Cùm quæsitû ex eo esset, num pharmaci nescio quid haustus lubenter esset ; & num ignium vim novaculaeque sentiret, quibus corpus lancinabatur ? *Sentio enim verò, inquit, verum amen agrum habere ut lubebit.* Quòd si ad ista sensus supererat, omnino confirmare possumus, illum etiam tum longè vehementiùs ignes persensisse divinos, quorum vis adigebat ad pia suspiria, & ex ejus ore verba eliciebat plena caritatis tum erga eos qui opem ferebant, tum erga eos qui officii causâ alii ex aliis adventabant. Rectori Collegii Societatis JESU, miranti miserantique vim morbi tam inexpectatam, tamque repentinam, *Expectans, inquit, expectavi Dominum & intendit mihi.* (f) An non verò, perrexit Rector idè, si Domino Deo visû esset te in præsentia evocare, voluntatem tuam ad ejus beneplacitum conformares ? *Tam mihi accepta, subjecit religiosus æger, hora hæc, quàm alta quavis : Dominus est, faciat quod bonum est in oculis ejus : (g) de me statuatur ut sibi placuerit : quidquid sancta ejus dextera porrexerit, equo animo excipiam, & lubenter.*

Atque hic professionem fidei emisit, eaque absoluta, addidit de suo hæc : *Si mille essent in terris Religiones, ego unam & solam approbo Catholicam, Apostolicam, Romanam : atque in ea proficienda emori volo, quas tunc tandem in contrarium suggestiones adversariorum miserit.*

B b

(e) Act. 8. (f) Psal. 39. (g) 1. Reg. 3.

386 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
miserit. Hortanti eadem, ut illud Christi Domini (h)
usurparet, Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste.
subjecit, Non sicut ego volo, sed sicut tu: addiditque, Et
quo tempore Salvator meus calicem cruciatuum & mortis
in passione libere animus induxit, calix idem, ad electos
quod attinet, suavitate & consolatione plenus est, nec qua-
quam habet amaroris. Quælit idem Rector, Num-
nam Sanctissimæ Trinitati dedicare se vellet? at-
que hinc æger ardorem intendens, torusque caritate
æstuans hæc firmâ voce pronunciavit: *Quicquid in
me est, voveo & consecro Deo, memoriam factaque, Patri;
intellectum, cogitationes, verba, Filio; voluntatem, affectus-
que Spiritui sancto: cor, corpus, linguam, sensus, dolores om-
nes meos sacrosanctæ Humanitati Christi IESU, qui
mea causa non dubitavit prodi, tradi in manus iniquorum,
& Crucis subire tormentum.*

Interea rumor de instante morte Francisci, om-
nium animos incredibili in cœtore opplevit: ac
Vicarius quidem Generalis Illustrissimi Archiepi-
scopi Lugdunensis ejus causâ Orationem indixit
horarum quadraginta, sanctissimo Sacramento
exposito: & quoniam gravissimo sopore depri-
mebatur æger, ad eum excitandam varii varia per-
contabantur: quibus ille sic satisfaciebat, ut non
aptius vigil quilibet, & facultatum animi sui planè
compos. Et verò compos mirabilem quandam in
modum sui erat: neque enim ejus amorem ad æ-
ternitatem tendentem intercipiabant leralia illa
symptomata, quibus corpus atterebatur: animus
in res cælestes erectus, aut, ut dicamus aptius, Spi-
ritus Dei quo agebatur, sanctâ quadam metamor-
phosi

(h) Matth. 26.

phosi rerum omnium creaturarum voces mutabat in sonos, quos facile ardens ejus caritas intelligentiâ comprehendebat. Cùm Sacerdos quidam ex venerabili Patrum Fuliensium Ordine, suggestisset, futurum fortè adhuc, ut in suo throno Gebennensi sedens cerneretur; Ego, inquit, *nunquam concupiui thronum Gebennensium, unam salutem eorum expetui.* Quærenti alteri, num sic carissimas filias suas Ordinis Visitationis orphanas relinqueret? tet illud S. Pauli (i) iteravit, *Qui cœpit opus perficiet.* Famula autem quædam Monialium Ordinis ejusdem, earum quæ ultro, citroque mandata responsaque perferunt, rata exhilaraturam se officioso mendacio ægrorum; nunciavit adesse Illustrissimum Episcopum Chalcedonensem, cum Joanna Fremiotta. At is collectis in exclamationem viribus, *Neutriquam, inquit, soror mea: nunquam planè mentiendum, quicquid demum inciderit.* Item, ab alio quopiam invitatus, ad illud S. Martini usurpandum, *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem; At ego, dixit pluries, servus maxime inutilis sum.*

Atque hinc demum Medici ipsum sensim deficientem, atque adeò abesse proximè ab exitu conspicati, tempus esse pronunciarunt Sacramentum Extreme Unctionis, quod jam petierat, adhibendi: id veiò dum fit, ipse qui inungebatur respondens ad singula, fecit quod in se fuit ad indulgentiam eo in articulo solitam proponi, lucrandam piè & religiosè: tum illud Psalmographi (k) adjecit, *Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.* Sacrosancto corporis viatico incredibili suo dolo-

B b 2 ré

(i) Philipp. i. (k) Psal. 50.

388 VITÆ B. FRANCISCI SALÉSII
te caruit, ob crebram vomitionem: quo quidem
commodo vix accidere quidquam gravius tunc
potuit Viro sanctâ dilectione æstuanti: unde voces
eæ, quas tunc mittebat, dolore & amore permix-
tas: (l) *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit*
me (m) *Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, &*
delectatus sum. Et Archiepiscopo Damasceno, pro-
fitenti advenisse se, ut opem ferret, illudque Salo-
monis (n) afferenti, *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi*
civitas firma; subjecit æget, *Et utrumque Dominus sal-*
vabit. Pertexit Archiepiscopus, (o) *lacta super Domi-*
num citram tuam; addidit Episcopus moriens, *Et*
ipse te enutriet. Et confertim deinceps, *Cor meum, in-*
quit, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Miseri-
cordias Domini in eternum cantabo. Quando veniam, &
apparebo ante faciem Dei? Indica mihi quem diligit anima
mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.

Interea, cum didicisset Dux Nemorosus, quæ
podagria decumbebat, Gebennensem Episcopum
in extremis versari, iussit se ad eum deportari: &
ubi ad lectum pervenit, provolutus continuo in
genua, lacrimisque perfusus, sibi ut benediceret,
itemque filio, Principi Gebennensi, flagitavit. Pe-
cit Franciscus, ut ut potuit, brachium efferens &
extendens: sciscitantibusque quibusdam, Num
eum Principem agnosceret? *Agnosco, inquit; Dux*
Nemorosus est: ego illius cliens sum. Advēnit postmodum
Archiepiscopus Ebredunensis, invenitque occu-
patum prorsus in Deo: hæc inter cetera audivit
ingenti quodam mentis ardore ingeminantem i

(l) *Ioan. 4.* (m) *Psal. 76.* (n) *Prov. 18.* (o) *Psal. 54.*
(p) *Cant. 1.*

(9) Domine, ante te omne desiderium meum; & gemitus meus à te non est absconditus, Deus meus & omnia: Desiderium meum, desiderium collium aeternorum. Addidit deinde sancto quodam impetu Trisagium, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: pleni sunt caeli & terra Majestatis gloriae tuae, Hymnùmque reliquum gratiarum actionis persecutus est; cum adjunxit Psalmum quinquagesimum cum gratiarum actione ex imo corde proficiscente, de beneficiis omnibus quæ Dominus Deus in se contulisset. Post, amicorum cujusdã adstantis manumprehendens, stringensque, advesperasit, inquit, & inclinata est jam dies. Et quærenti ex ipso cuiquam, Timeretne eo extremo momento, dæmonum conatus? In Domino confido, subjecit, ipse educet me de fovea laquei. Qui coepit, perficiet: quas voces cum ingeminaret ad animæ usque interclusionem, vox denique eum defecit, sacrum JESU nomen finientem: clausulâ utique tantâ virtute dignâ: ut quo modo infans linguam primùm in eam vocem solvit, Deus meus; sic vivere desierit in JESU nomine: quasi voce illâ priori agnosceret principium suum; posteriore Redemptorem veneraretur: mox siquidem inter Sanctorum Litanias quæ à circumstantibus recitabantur, ubi ad illa verba ventum est, Omnes Sancti Innocentes, dum iterantur textiùm, beata illa anima corpore soluta est, fidusque illud Militantis Ecclesiæ extinctum terris, micare cælo coepit, ubi radii gloriae ad quam evectus est, nullam unquam defectionem patientur. Obiit anno seculi hujus, secundo & vicesimo exeunte, V Cal. Jan. horâ

Bb 3 octavâ

(9) Psal. 37. (r) Philipp. 1.

390 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
octavâ vespertinâ , anno ætatis quinquagesimo
sexto, Episcopatus vigesimo.

C A P U T X I.

*Mirabile quiddam in Francisci corpore : hono-
res in funere ab Aneciensibus delati, Lugdu-
nensibus corpus retinere nequidquam
nitentibus.*

P Ostridie manè, ubi tristis rumor de morte Ge-
bennensis Episcopi cœpit increbrescere, con-
fluere continuo urbs tota ad casulam, & prole-
quisque venerari sacrum corpus, osculando pedes,
& Sanctum appellando. Corpus lectum auctori-
tate Jacobi Ollerii, Juri Lugdunensibus summa
cum potestate dicundo præfecti; quò condiri pos-
set, balsamo adhibito, ut mos est in Viris primariis,
præsertim dum asportandum est aliò. Aucta admi-
ratio, dum vesicula fellis, acri illo humore pro-
fus carens, nihil aliud exhibuit, nisi grana quædam
versicoloria, ad trecenta, sic inter se connexa, apra-
que, ut Rosarium crederes: certissimo indicio, ut
à Medicis ipsis observatum est, quanto demum
studio, quantaque contentione, iracundiæ motus
totâ vitâ cohibuisset fortis Præsul, quam ad ira-
cundiam erat à natura proclivior: & indidem eni-
tescebat prætereà religiosa illa pietas, quâ semper
in res asceticas incubuerat. Ex iis granis sibi aliquot
depoposcere Viri feminaeque principes, & hone-
stissimus quisque prætereà adstantium: ita mos ge-
rendus

rendus flagrantibus fuit. (a) Idemque factum de
 cruore, visceribus, vestibus, rebûsque aliis generis
 ejusdem, quas Præsul tetigisset, aut omnino ad u-
 sum quotidianum adhibuisset : horum pleraque
 thecis argenteis includere complures ceu lipsana
 summi pretii. Cor quidem Ludovicus XIII glo-
 riosæ memoriæ inclusit auro, (cùm priùs in argen-
 teâ tantùm thecâ depositum fuisset apud Monia-
 les Visitationis) gratianimi ergò, quòd tanti An-
 tistitis precibus è gravi morbo emerisset. Ducissa
 autem Vindocinensis, non minùs virtutis laude,
 quàm clarissimorum natalium splendore illustris,
 post acceptum Francisci apud summum Deum
 gratiâ beneficium quoddam, aliam Ecclesiæ in
 quâ quiescit, donavit ex crystallo, unionibus, ada-
 mantribus, gemmarumque generibus aliis illustra-
 tam. Tum quidem iis rite atque ordine peractis,
 in Aedem sacram Visitationis delatum corpus est,
 ibidemque collocatum in lecto strato magnificè,
 omnium oculis propositum : postridie, Justa Ec-
 clesiastico ritu persoluta, tanto concursu veneran-
 tium, ut illud Psalmographi (b) in Francisco pla-
 nè locam habuerit, *Nimis honorificati sunt amici tui
 Deus: quorum gloria id habet, ut nunquam inter-
 cidat, utque cum eâ, nulla rerum earum quæ in
 terris magnificæ putantur, comparari ullo modo
 queat. Sanè præclara pompa fuit, quâ Anecium
 sacrum corpus deportatum est, postquam nihil
 non egerat idem ille Ollerius Lugdunensibus gra-*

B b 4 tifi-

(a) *Moniales Visitationis Monasterii Aniciensis, in
 Vellais, aliquot grana ex iis habent, quæ nos sæpius vidi-
 mus, (b) Psal. 138.*

392 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
tificandi studio, ut in celeberrima illa urbe rema-
neret: vetuit enim Regis Christianissimi nomine,
ne loco moveretur donec relecto Testamento de
defuncti voluntate constitisset: quo quidem me-
dio intervallo, cum nihil dum de Francisci obitu
innotescere humanâ diligentia potuisset, intere-
dum in ejus diœcesi, Aneii potissimum, in Eccle-
siis omnibus expositum sacrosanctum Christi
Corpus perstabat, civibus pro Episcopi sui salute
preces certatim fundentibus, ignorantibusque
quantam jacturam fecissent; quidam divinitus de
Francisci è vitâ discessu cognovere. Prior quidem
Talorienſis, Claudius ille, Ludovicus Nicolaus
Coëxius, de quo supra, dū Sacrum facit in S. Ger-
mani Aede sacrâ, vidit se derepentè clarissimâ qua-
dam luce circumfusum, proque imagine tabulae
quæ pro Altari prostabat, vidit Beatum Episcopū,
cum rochetto nive candidiori, & in tenues rugas
mirâ arte crispato, stolaque geminis coopertâ, lon-
gè exquisitioribus, longèque majoris pretii, quam
earum ullæ quæ in terris cernuntur: è vultu emica-
bant undique fulgentes radii. Sacerdos admiratio-
ne defixus delibutusque gaudio, omisâ curâ & cogi-
tatione orandi deinceps pro ejus incolumitate,
Antiphonam potius Ecclesiæ de Episcopis Con-
fessoribus recitare submissè, *Sacerdos & Pontifex, &
virtutum Opifex, Pastor bone in populo, ora pro nobis Do-
minum; & Sacro absoluto, ad locium conversus,*
Obiit, inquit, Reverendissimus Episcopus Gebennensis;
idemque Religiosis Monasterii sui confirmavit
illico, antè quàm videlicet de morte Episcopi ad
ea loca quidquam pervenisset. Ubi verò tristis ru-
mor

mor increbuit, gemitus & lamenta, aliumque tota Aneienti civitate silentium. Deplorabant alii orbitatem suam, qui Pastorem amisissent, à quo tantâ caritate per semitas Dei deduci soliti erant: alii, egentiores præsertim, carituros se deinceps illa ope tam parata, tamque certis subsidiis: lamentabantur viduæ, ereptum sibi eum, à quò unice protegebantur; orphani patrem, ærumnosi consolatorem, pii omnes directorem requirebant, Moniales Visitationis Patriarcham suum. Accessit ad acerbitatis cumulum, fama de Lugdunensium contentione retinendi corporis: quare in publico civitatis conventu decretum, ut de re tanti momenti ad Celsissimum Sabaudicæ Ducem scriberetur, literæ hunc in modum conceptæ.

Dum post obitum meritissimi nostri sanctique Episcopi, in eo toti eramus, Serenissime Princeps, ut iusta illi exhiberemus, ac nostro mœrori levando, ipsius Corpus exciperemus tanquam summi pretii depositum, qua una via relevatum iri utcunque communem dolorem arbitrabamur; renunciatum nobis est, obstitiff. Lugdunenses, ne illud exportaretur. Quamobrem confugiendum nobis esse putavimus ad Celsitatis Vestra bonitatem, quò summam suam auctoritatem interponere ne gravetur, ad perficiendum ut sacer ille thesaurus vestra ditioni redoneatur, recuperet hæc Diœcesis ornamentum suum, populus consolationem, civitas hæc excipere pergat cœlestes benedictiones, quibus illam Dominus impertitus est, dum sanctus ille Præsul in vivis fuit.

His lectis literis pius Princeps primùm omnium dolorem intimum de tanti Viri morte testatus est, & Generalem Ordinis cujusdam compellans, Mortuus est, inquit, *Vir totius Europa primus; atque obi-*

us ille sanguineis lacrimis prosequendus mihi videtur. Tum mandavit Oratori apud Regem Christianissimum suo, ut causam istam urgeret impigre apud eundem, ad quem de eâ re scripsit, perficeretque omnino, ut juberet sanctum illud Corpus à Lugdunensibus tradi.

Et æquior erat postulatio, quàm ut negaret Princeps optimus quod postulabatur, quanquam non sine dolore Lugdunensium. Cessere tamen, ut par erat, corpusque tradidere Jano Saletio, Equiti Melitensi, Jano Regardo, Georgio Rollando, Canonicis Anciensibus ad id missis. Justa persoluta prius, tum à Parocho S. Michaëlis, tum à Canonicis Ecclesiæ S. Niferii, quorum quidam ex Collegio cum indignè ferret succollare corpori homines è vulgi fæce, haud consentaneè venerationi quæ sacro corpori debebatur, *Quid, inquit, exclamans in turbâ sinemus corpus sacrum hocce, tam indecorum in modum haberi? Quin succedimus oneri nostris ipsorum humeris religiosos artus gestamus? Nec plura præfatus, primus dimovet vespillones, cumque Collegis aliquot aliis accurrentibus, feretrum gestare aggreditur, donec impositum quadrigæ est: quâ consistente pro valvis Aediculæ sacræ R. R. PP. Recollectorum, ibidem instaurata Justa funebria sunt, habitaque in propatulo. Oratio de tanti Episcopi laudibus, ad infinitam multitudinem quæ sacrum corpus comitabatur. Nimirum obliti sui pii homines in odorem unguentorum Francisci trahebantur, hoc est, opinione tantæ virtutis incitati, & muneribus quæ è cælo in gratiam accepti famuli largiebatut Deus; à corpore discede-*

re non poterant. In itinere autem, perpetuæ supplicationes, succedentes aliæ aliis: quo ferè modo olim, dum S. Joannis Chrylostomi corpus trigesimo postquam obierat anno relatum est Constantinopolim, urbes totæ obviàm procedebant cum acclamationibus; quæ quanta esset vulgò de illius sanctitate opinio, illustrissimum in modum testarentur. Unus tamè fuit, qui à terro dæmonè actus, ringente ad triumphum illius, quem exosum semper dum in vivis esset, imprimis habuerat. eò usque proterviæ progressus est, ut sibilis cachinnòque, honores qui famulo Dei deferebantur exciperet. At non impunè temerario cessit petulans impietas: continuò & cæcitate percussus est, & voce caruit; quo ferè modo observat Jesus Sirach (c) à Chaldæis incensam *electam sanctitatis civitatem, & desertas factas fuisse vias ipsius, quòd Ieremiam, illum qui à ventre matris consecratus erat Propheta, malè tractassent Iudæi.* Sed qui Deus dicit de tenebris lucem splendescere, mentem sic mimi illius mutavit, ut agnitâ culpâ exoraverit illico veniam, dicti pœnitens; proinde discussa oculorum caligine, linguæque vinculo soluto, canens palinodiam, *Plane, inquit, perspicuum est Antislitem hunc eximia esse sanctitatis.*

Ut in viam revertamur, postquam jam Gebennensem Diœcesim pii portitores attigerant, progressi sunt obviàm sacro corpori Sesselienfes attracti, ut in luctu, funalia accensa præferentes, ad centum & viginti: corpus in medio Templo collocatum sub tabulato arcuato, & innumeris cereis superne ardentibus collucente. Postridie, postquam

ad

(c) Ecclesiastic. 49.

396 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
ad Chiuryum pagum deventum erat, adfuerunt
Anecienses, item atrati, unâ cum vicinis undique
Nobilibus: quo tempore mutus ille, in quem carita-
tatem tantam venerandi Præsulis fuisse diximus,
prorumpens in medios, succedensque ad feretrum,
ubi illud attingit, clamores gemitumque auditus ede-
re tam mœstos, ut unicuique miserationem exci-
tarit. Atque hîc accedens germanus frater, Episco-
pus deinceps Gebennensis, è ligneo gestatorio, in
quod trāslatum ex quadrigâ fuerat, eductum cor-
pus, honorificentius deportandum in Cathedra-
lem Ecclesiam curavit, præcinente Clero, populo
ad supplicationum ritum subsequente. Gestato-
rium diffractum est, funes dissecti, &, quod mire-
re, primùm à militibus quibusdam Lotharingis,
qui è ipsi è suâ statione accurrerant, unoquoque
sibi aliquid ex iis quæ Viro Dei quoquo modo de-
servierant, tanquam pro ipsano reservante. De-
nique IX Cal. Feb. qui dies in feriam tertiam inci-
dit, solenni ritu ceremoniâque, quâ tumulari Epi-
scopi solent, parentatum optimo Antistiti in Ca-
thedrâ Ecclesiâ Aneciensi, ab eodem Illustrissi-
mo Episcopo, fratris successore, adstante Clero
universo: mox, illatum corpus est in Aedem sa-
cræ Visitationis, inque parato sepulcro colloca-
tum; ibi *In memoriâ aeterna erit justus:* (d) neque enim
sivit Dominus Deus ejus vitam famamve in ru-
mulo extingui; contra, postquam *adimplevit illum
lætitiâ cum vultu suo, magnificat illum* quotidie in con-
spectu Orbis totius, assiduis miraculis, rebûsque
inauditis, de quibus, Deo favente, uberius agemus
editione alterâ. Interea, quam hætenus dedimus,

(d) Psal. XIII.

glo-

gloriosissimi Præsulis Vitæ Historia declarabit
Orbitori, quàm verum, atque, ut ita dicam Pro-
pheticum fuerit Oraculum Clementis VIII, de
quo antè, suo loco: nam aqua illa cœlestis in igne
versa, perinde atque illa, de quâ in sacris literis,
ipsum absumebat. Et verò elementi utriusque na-
turam induit zelus illius: simul incendebat audi-
tores, simul irrigabat affatim pœnitentes, in sacro
homologeterio: refrigerabat idem, & inflamma-
bat. Idem efficiebat in ægrotis ad eorum lectos as-
sidens; idem in hæreticis, quorum absumebat er-
rores; idem in omnibus, quibus id tantum boni
obtingebat, ut ejus familiari consuetudine & ser-
mone uti possent: convertebat ad Deum licentio-
res: contritionem criminosis ingenerabat: iis au-
tem qui jam operam virtuti dare cœperant, sub-
ministrabat fomenta, ad sensus de Domino Deo
teneriores; provectiores ad divini amoris perfe-
ctionem evehebat.

Quam in sententiam S. Joannes Chrysostomus,
(e) *O quanta, inquit, Sanctorum virtus! non sola ipsorum
verba & corpora, sed et ipsa indumenta creatura omni per-
petuo sunt venerabilia. Elia melote Jordanem divisit: cal-
ceamenta trium puerorum ignem conculcaverunt: Elia
lignum aquas mutavit: Moysis virga Mare rubrum divisit,
petram scidit: Pauli vestimenta languores expulerunt: um-
bra Petri mortem fugavit: Martyrum favilla malignos
expellit demones. Proinde minus mirum videtur,
& quod à quodam SS. Patrum observatum est,
Angelus Persarum cum Hebræorum Angelo de
Moysis corpore altercatus est; intelligebat enim*
Custoz

(e) Hom. 2. ad pop. Antioch.

398 VITÆ B. FR. SAL. P. V. CAP. XI.
Custos ille Persarum, fore, ut ex illius corpore
præsentia, comodi & utilitatis aliquid in eos,
quos Deus curæ suæ crediderat, derivaretur. Ne-
que verò ut Enoch & Eliæ, sic Sanctorum omnium
corpora transtulit Deus idem: illa nobis reliquit,
ut per ea non ad fundendas lacrimas, sed ad pietate-
tem incitatemur: voluitque ut ad S. Babylæ corpus
præfens, tanquam coram cœlesti quodam prædi-
gogō, mirabiles morum in melius conversiones fierent.
Quæ si in Franciscum Salesium transferamus, videbimus per illius vestes, epistolas, sanguinem,
mitras, ornamenta cetera Pontificalia, denique per res quaslibet quibus quoquo modo usus
est, mira quotidie à Domino Deo fieri. Quod si
tantam efficacitatem habent ea, quæ ex ejus corpore vim traxerunt; quid non de illius ejusdem spiritu sperandum nobis, siquidem illius sumus participes?
participes autem fieri poterimus, si illius monumentis lectitandis, & huic ejus Vitæ Historiæ dabimus operam. Nimirum ex iis omnibus quæ hîc persecuti sumus, addiscemus præstans illud ex ejusdem Theotimo symbolum, *Aut amari, aut emori: mori & amare: mori alius cujuslibet rei amari, ut IESV Christi amori vivas*: quò fructum bonorum operum in nobis reperiat caritas, non laudum folia. Benedictus Dominus!

Amen:

* *
*

FINIS.

SPIRITUS